HISPALEN.

Beatificationis , & Canonizationis

VEN. SERVÆ DEI SOR. FRANCISCÆ DOROTHEÆ

Fundatricis Monialium Excalceatarum S. DOMINICI S. MARIÆ Regum Civitatis Hispalen.

RESPONSIO

AD NOVAS

ANIMADVERSIONES

R. P. FIDEI PROMOTORIS

SUPER DUBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Caritate erga Deum, & Proximum, necnon de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico in casu, & ad effectum de quo agitur?

BEATISSIME PATER.

1 REdit ad lectissimorum, & ornatissimorum, qui a TUO sunt consilio, PATRUM conventum Causa hæc VEN. VIRGINIS DOROTHEÆ, quæ in anteactis comitiis, ut ex Fidei Promotore intelligimus, etsi *optima ceteroquin, & splendidissima*, quam maxime intentis oculis acerrime contemplata, non satis adeo, ut in prima disquisitione evenire solet, explicata, atque illustrata visa fuit, ut eorumdem certa, atque stabilia de heroicis *Dei Famulæ* Virtutibus jam tum suffragia promereretur. Ita nunc verò ex offusis sibi contrariarum dubitationum multitudine emersa tenebris, ac firmissimarum rationum accessione locupletata redit, ut, nisi nos nostra fallat opinio, incertos olim dubiosque PP. animos, qui de iisdem virtutibus continuerunt se ab assentiendo, ad eas modo (ut sunt juxta Euripidem = Αἱ δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι) assensu suo comprobandas non excitet solum, sed vehementissime impellat.

2 Enim vero nihil dubii erit in Causa, nec obscuritatis, PATER OPTIME MAXIME, si a doctissimis Suffragatoribus accuratius, diligentiusque, ut persuasissimum nobis est, excutiantur atque perpendantur omnia, litigiosaque contentione, subtilique philosophandi genere abjectis, quæ, cum ab omnibus quidem Iudiciis, tum maxime ab hoc sanctissimo abesse debent, (unius namque veri inquisitores, non contentionis cupidos decet

 esse

esse Sapientes, atque ab hoc recedere, abhorret a Sapientia plurimum) veritatis, justitiæ, & æqui bonique vox ea, quæ gravissima debet esse, audietur. Quod igitur bonum, faustum, felix erit, cum magna spe expectamus; atque hoc quidem, cum impetrare a spectatissima ipsorum PP. religione ipsa Caussa debet, tum est nostri, atque egregiorum Postulatorum officii ab iisdem deprecari; ut referatur ad TE tandem perfecta, absoluta, splendensque per se, quæ, Te verissimo, Sanctissimoque Judice, prosperum exitum consequatur.

3 Sed Causa ipsa oranda, atque, Animadversionum servato ordine, ab iis primum, quæ sunt ipsius quædam quasi sedes ac fundamentum, exordiendum est.

CAPUT PRIMUM.

De Probationibus.

§. I.

4 JAm vero superioris nostræ Defensionis initio ultrò confessi fuimus, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videremur, Causam, de qua agimus, expediendam esse *ad Benedictini Decreti anno 1754. editi normam, præscriptionemque*, ut de Virtutibus scilicet *ita constare* respondeatur, *ut procedi possit ad discussionem trium Miraculorum*: planumque facere intendimus, jamque in medio posuisse rebamur, quæ eodem Decreto deposcuntur, *alterum* nempe, ut *nullus dolus, nullaque fraus* in dilata Processus Apostolici constructione intercesserit: *alterum vero*, ut ex auritis ejusdem Apostolicæ Inquisitionis Testibus *grave* desumatur *adminiculum*, ut *attentis numero, & qualitate Testium de visu in Processu Ordinario examinatorum*, res ad eum statum redigatur, quæ *faciat fidem, & auctoritatem Viro prudenti de re gravi judicaturo*, hæc *utraque* in hanc Causam ita præclarè convenire omnia, ut nihil supra desiderari possit, de quibus multa nos scribere, quum RR. PP. tantum consilium judiciumque sit, atque dubitatio nulla esse possit, arbitrati fuimus non ita necesse.

5 Quoniam vero *in novis Animadversionibus* hæc iterum, ac vehementius quidem, quam res ac veritas ipsa postulent, in contentione ponuntur, nostraque plerisque PP. non admodum probata defensio jactatur, cogimur prolatas a nobis rationes, contrariis refutatis argumentis, confirmare: in eam spem certam ingressi, justos rerum æstimatores id nobis tributuros, quod nihil defendimus, quod non probarimus, nihil oppugnavimus, quod non everterimus.

6 Ne autem, quæ de his rebus prolixe contra dicuntur, ea simul effundamus universa, quod maximum crearet legentibus fastidium, singillatim unaquæque res perstringenda, deque objecta primum *fraudis, dolosæque negligentiæ suspicione* in Apostolica Inquisitione *ad annum dilata centesimum trigesimum* a morte Servæ Dei, atque *undecimum supra centesimum* a Commissione Introductionis Summi Pontificis manu signata, ex ordine differendum est.

7 Equidem in præterita nostra Defensione diximus, *doli fraudisque suspicionem*, qua Ordinariæ Inquisitionis cum Apostolica conjunctio ex Benedictino Decreto impeditur, ex vehementibus oriri debere indiciis, & argumentis, de quibus plane liqueat; eoque vehementiora in hac Causa, ple-

niuſ-

uiusque probata esse oportere, quo tum de splendidissimo agitur Metropolitanæ Hispalensis Ecclesiæ Senatu, tum etiam nobilissima Civitate, qui hujusce Causæ Postulatorum officia ex sola erga Dei Famulam pietate susceperunt, Viris oppido dignitate, religione, virtuteque amplissimis, in quos fraudis, dolosæque negligentiæ non cadit, neque certe cadere potest ulla suspicio.

8 Hæc autem ab Animadversionibus reprehenduntur quod *prompta, facilia, atque expedita* sint dictu, non ulla autem firmitate subsistant. Verum contra, quod doli, fraudisque suspicio, quum dolus, & fraus in his agendis Causis non præsumatur, ut recte monet Card. Petra ad *Constit. Apost. Tom.* 3. *pag.* 93. *num.* 9. = *In hac materia Canonizationis nemo supponitur velle decipere, præsertim inter Catholicos*, vehementissimis indiciis, firmissimisque inniti debeat argumentis, quæ perspicua sint, atque explorata, non dictu tantum facile, sed est *in Jure*, ipsius etiam *Benedictini Decreti* dispositione spectata, exploratissimum.

9 Et compertissimi porro juris est, legem statuentem, ut suspicio ab aliquo abesse debeat, non equidem de quacumque suspicione intelligendam esse, sed de ea, quæ verosimilis, seu *vehemens* sit, ac *violenta*, Raynald. *Observat. Crimin. Tom.*2. *cap.*18. *num.* 13. ibi = *non omnis suspicio admitti debet: DEBET ESSE VERISIMILIS, GRAVIS, URGENS,* Rota *recent. part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 276. *num.* 18. juncto *num.* 37. ibi = *neque obstat quod in hoc Statuto adsint verba, quod admittendi carere debeant omni macula, & suspicione prorsus & omnino &c. Suspicio, quæ oritur ex dictis Testibus, neque est verisimilis, neque VIOLENTA, de quibus est intelligendum Statutum*.

10 Quæ autem verisimilis, seu *vehemens*, quæquæ sit suspicio *violenta*, perspicue declarat Farinac. *Quæst. Crimin.* 36. *num.* 179. *& seq.* his verbis = *vehemens, seu verisimilis suspicio est illa, quæ non ex levibus admodum indiciis, sed ex fortioribus oritur, & ex quibus Judex animum suum in unam partem inclinat cum aliquali, seu modica dubitatione. Violenta autem suspicio dicitur ea, quæ ex urgentibus oritur indiciis, ita ut Judex constanter, & sine dubitatione uni parti potius, quam alteri adhæreat, & quæst.* 187. *num.* 36. ibi = *vehemens, seu magna suspicio dicitur ea, quæ nonnisi ex magnis, fortibus, ac vehementibus conjecturis, argumentis, & indiciis oritur, & num.* 45. = *violenta dicitur suspicio illa, quæ Judicem cogit, & arctat ad credendum*.

11 Ejusmodi autem indicia, & argumenta, non jam ex iis, quæ in nostram cujusque mentem, libidinemque veniunt, quibus neminem non possemus suspicionibus criminari, ut apud Auctorem ad Herennium *lib.* 2. *cap.* 7. = *nulla res est, quam non suspicionibus quivis possit criminari*; quod indignum facinus esse, idem monere pergit Auctor his verbis = *indignum esse facinus, sine Testibus, conjecturam, & suspicionem, firmamenti satis habere*, & bene Plautus = *omnes probos, accuratosque addecet, suspicionem ut ab se segregent*; sed ex Factis, rebusque ipsis oriri, eaque liquere prorsus debent; ut præclare docent Innocent. *in Cap. Sicut de Simon.* Redoanus *de Simon. inter Tract. magn. Tom.* 15. *part.*2. *fol.*107. *num.* 51. ibi = *suspicio oriri potest ex signis &c., sed illa signa debent plene probari*, & innumeris allegatis, Farinac. *quæst.* 187. *num.* 34. ubi quod dum dixit, *indicia sufficere, intelligi debeat, quando dicta indicia* SINT PLENE PROBATA; ALIAS SECUS.

12 Quod ipsum apertissimum redditur ex illis Benedictini Decreti verbis = EXCLUSA A POSTULATORIBUS *quacumque fraudis*, *aut negli-*

gentiæ suspicione; Si enim Postulatores excludere debent suspicionem, hujus debent primum, unde oritur, indicia, & argumenta constitui; quum excludi non possit, quod non fuerit antea inclusum, ut *in L. 2. ff. de Exceptionibus* ibi = *exclusio, quæ opponi actioni cujusque rei solet ad excludendum ID, QUOD IN INTENTIONEM DEDUCTUM est*. Vinnius *in Instit. lib. 4. tit. 13. post init.* Rota *rec. dec.* 205, *num.* 11. *part.* 12. ibi = *reperitur clausula, EXCLUSO, quæ in necessarium quoddam antecedens præsupponit possessionem*.

13 Multoque etiam magis ex *generali* ipsiusmet Benedicti XIV. *Decreto edito anno* 1741.; cujus dispositio ad declarandum posterius, de quo agimus, ipsiusmet Pontificis Decretum *anni* 1754. traduci omnino oportet, ut in L. *Non est novum ff. de Legibus*, & Cujac. *Oper. Tom.6. col.* 393. *lit. C.* = *Bona est interpretatio, quæ ducitur ex conjunctione duarum Legum*, Forster. *de Jur. Interpr. lib. 2. cap. 3. n.* 21.

14 Eodem namque Decreto iis consulturus Causis, in quibus, *nedum* in Processu Apostolico, *verum etiam* in Ordinario, nulli oculati Testes reperiuntur, itaut virtutum probatio *auritis tantum Testibus* nitatur, decrevit, locum esse debere utriusque Processus conjunctioni, *quando tamen* (sunt ejus verba) *NON CONSTITERIT, primos auctoritate Ordinaria Processus fuisse DOLO MALO, AUT CULPABILI NEGLIGENTIA tamdiu dilatos, donec Testes de visu nulli superessent*. Quid autem his verbis = *QUANDO TAMEN NON CONSTITERIT* = quid, obsecramur, apertius, clariusque, quam quod dolus malus in Postulatoribus, quominus Processuum conjunctio admittatur, constare, atque debeat esse perspicuus? Rot. *rec. part. 6. dec.* 343. *num.* 14. = *clausula* = *CONSTITO* = *requirit probationes in suo genere CONCLUDENTISSIMAS, & part. 10. dec. 283. num. 2.* = *clausula* = *CONSTITO* = *probationes PLENAS, CONCLUDENTES requirit*.

15 Si hæc laudatissimus Pontifex, etsi nulli prorsus, neque etiam in Ordinario Processu, habentur Testes de visu, ex quibus aliquid fortasse hauriri potuisset heroicis virtutibus adversum, auritis Testibus penitus ignotum: quid (Deus immortalis!) in casu, quo in Processu Ordinario Testes reperiuntur oculati? quid rursus dum eorumdem oculatorum ingens habetur numerus, qui in nostro Processu *septuagesimum* æquat; vel superat? Aliane causa est æquitatis in uno casu, ac in alio: alia ne ratio juris, & non magis major, & potior? Si Leges, si æqui, bonique ratio paribus in caussis paria jura desiderant, Cujac. *Oper. tom. 7. col.*90. *lit. A.*; quanto profecto magis, dum major æquitatis ratio concurrit? Durius ne, severiusque, dum de virtutibus ex oculatis Testibus constat, quam dum hæ ex subsidiariis tantum Probationibus eruuntur, sacratissimum Principem constituisse, quis putet? *Qui fieri potest* (apte ad rem usurpare liceat Tulli verba *de Invent. lib. 2. cap.* 50.) *ut qui hoc æquum esse concedat, illud neget, quod aut æquius, aut eodem sit in genere?*

16 Quid plura? Isthæc porrò negatio conjunctionis Processuum pœna est gravissima, qua, tot, tantique labores, ac impendia in Processuum constructionem, ipsa etiam Apostolica Sede demandante, subita, plane irrita jubentur esse, atque Causa suis apte instructa præsidiis, quum portum pene attigerit, demergatur. Quis autem tam iniquus æstimator putet, quod nihil est tam incredibile, sanctissimum Principem Causam voluisse ex sola doli suspicione, certis, atque perspicuis non excitata fundamentis, hanc sustinere pœnam maximam, & sempiternam? Talem, atque tantam, vestrum nemo est, quin intelligat, penitus horrere Leges iniquitatem

tem, gravis ut pœna, crimine sine gravi, constituatur, ut in *L. Aliud fraus ff. de Verb. signif.*

17 Quo circa non levi conjectura res hæc maxima pendenda est, neque Suffragatorum ingenio judicanda, sed extent oportet expressa doli, fraudisque vestigia, quæ nisi multa, & manifesta sunt, profecto res tam scelesta, quod Postulatores Apostolicam Sedem decipere moliti fuerint, credi non potest.

18 Nec est, quod Animadversiones ad hanc consultissimam, æquissimamque Juris, Decretorumque generalium dispositionem evertendam ad illud abeant inane perfugium, quod, *si istiusmodi rationum momenta valerent ad omnem dolosæ negligentiæ suspicionem a Postulatorum capitibus avertendam, nulla jam erit Caussa utcumque Apostolicis Testibus, qui oculati sint vel auriti primi gradus destituta, quæ ad normam laudati Benedictini Decreti per viam subsidiariam ope trium Miraculorum expediri non debeat; quin aliquam ex hoc capite promovere liceret difficultatem*, ut in earum §.7.; Ea namque hæc erit Causa, in qua istiusmodi promovere licebit difficultatem, in qua dolosæ negligentiæ suspicio certis, quæ extent, atque appareant, doli indiciis, argumentisque innitatur. Quod si hæc absint, Causa in qua istam promovere non licet difficultatem, erit nulla.

19 Tantum vero abest in hoc casu, (ut ad illud transeamus, quod in præterita Defensione *secundo loco* diximus) ejusmodi doli indicia, argumentaque extare, ut nihil horum ne confingi quidem possit; ita ut maximopere nobis sit dolendum, hanc tantam, tamque gravem, inque inclitos Postulatores contumeliosissimam, semel, iterum, ac pluries Animadversiones repetere doli fraudisque suspicionem.

20 Fatemur equidem, Apostolicæ Inquisitionis constructionem jamdiu fuisse dilatam, at ex hac ejus in longum tempus productione nullum certe, vel levissimum, nascitur doli argumentum, ex elegantissimo Textu *in L. Igitur ff de liberal. caus.* ubi hæc habentur = POTEST ET SINE DOLO MALO MORARI &c.. *Quoties quis justis rationibus ductus, vel non justis, sine calliditate tamen moratus est, hunc in ea causa fuisse, ut sine dolo malo fuerit*, Fontanella *Dec. Cathalon.* 289. *n.* 12, *&* 13. = *Licet quis distulerit per multum tempus agere, non propterea potest dici negligens*, & Rot. *rec. part.* 9. *dec.* 325. *n.* 13.

21 Atque liquido hoc evincitur ex eodem pluries memorato, & crebrius memorando Decreto; Quandoquidem si de hoc tantum casu agit, quo Processus Apostolici constructio jam quidem a Postulatoribus in longam diem producta sit, atque in hoc ipso casu fraudis, aut negligentiæ suspicionem ab iisdem abesse debere præcipit, nil profecto clarius, quam quod hæc sola Processus dilatio nullam per sese suspicionem inducat. Alias namque inane penitus, ac supervacaneum idem redderetur Decretum, quod esset absurdum = *Interpretatio fugienda*, (sunt Forsterii verba *de Jur. Interpret. lib.* 2. *cap.* 5. *reg.* 1.) *per quam Lex redditur elusoria*.

22 Probe hoc ipsum intelligunt Animadversiones; at tantæ suspicionis fundamentum in eo ponunt, quod Litteræ Remissoriales anno 1674. expeditæ *executioni nunquam fuerunt demandatæ, imo in quodam Archivio apertæ, & informes alias fuerunt repertæ*, ut in *Proc. fol.* 2671.. Sed, ut inania sunt initia, sic suspicio evanescit.

23 Ad primum namque quod attinet, easdem nempe Literas executioni non fuisse demandatas, præter ea, quæ proxime proposuimus, perspicuum nempe esse debere, executionem *de industria, dolosoque animo* fuisse o-

omis-

get quædam contrarietas, quia exceptio dicit non procedendum, & Judex procedendo videtur facere oppositum. Ideo SUPER EA EST PRIUS PRONUNCIANDUM, vel expresse, VEL TACITE, PROCEDENDO AD ACTUM CONTRARIUM, Innocentius *in cap. Cum inter num.* 3. *de Electione* ibi = *Si quæstiones emergunt in judicio, verb. gr. an admittendi sint Testes, nec ne &c., semper pronunciandum est super emergenti, quia aliter non posset procedi in Caussa*, Passerin. *in cap. Exceptionis de Litis contestat. in* 6. *num.* 112. ibi = *omnes exceptiones, quæ respiciunt Processum, ut exceptio, an Testes sint recipiendi, vel non, statim, ET ANTE OMNIA ESSE DECIDENDAS, & super illis esse interloquendum expresse, VEL TACITE, quia nisi hoc fiat, negotium principale non potest expediri. Propterea NON SUNT RESERVANDÆ in tempus diffinitivæ*, Fagnan. *in cap.* 1. *de Ordin. Cognit. num.* 9. & 15., Reiffenstuel *in Jus Canonic. lib.* 2. *Tit.* 10. *n.* 27., Carlevalius *de Judic. Tom.* 2. *disput.* 5, *num.*18., & Anton. Faber. *in Cod. lib.* 8. *Tit.* 23. *Definit. V.*

29 Quod ipsum confirmatur ex Decreto a S. M. Benedicto XIV., nobis scribentibus, *anno* 1757. edito *in Caussa Ven. Jo. Leonardii Fundatoris Cl. R. M. D.*, ex quo aperte intelligitur, ejusmodi dilatæ Processus Apostolici constructionis quæstionem a S. Rituum Congregatione Ordinaria, ante Literarum Remissorialium relaxationem, judicari, ut ibi = *Nobis &c. considerantibus, quod Processus Ordinarii validitas examinata supponitur, atque approbata ab ipsa S. Rit. Congregatione, QUÆ INSUPER RECOGNOVIT, NULLAM FRAUDEM INTERCESSISSE IN DILATIONE HAC PROCESSUS APOSTOLICI CONFICIENDI, unde necessario factum est, ut in ipso admitti debuerint soli Testes de auditu auditus.*

30 Quum autem in hac Causa eadem S. Congregatio, hac probe cognita diuturni temporis intercapedine, Literas Remissoriales ad conficiendum Apostolica auctoritate Processum, audito Fidei Promotore, qui OFFICIO SUO RECTE FUNCTUS censeri debet, decreverit, ac relaxaverit, nullus profecto ejusmodi dolosæ negligentiæ suspicioni locus relictus est; ita ut, ni *Cognitionum*, & *Judiciorum* ordinem funditus pervertere, Sacræque Congregationis cognitiones, ab eademque imperatas, gestasque res, perniciosissimo exemplo infirmare, irritasque facere velimus, amplius opponi non possit; ut præclare Rot. cor. Coccino *dec.* 1680. *num.* 82. & *seqq.* = *Nec videtur officere, quod Congregatio non pronunciaverit super exceptionibus oppositis, nec illas expresse rejecerit, quia CUM CONGREGATIO, NON OBSTANTIBUS DICTIS EXCEPTIONIBUS, AD ULTERIORA PROCESSERIT, TACITE videtur super illis pronunciasse, ITA UT IN JUDICIO DEDUCI NEQUEANT &c.*; *procedendo enim ad ulteriora, tacite pronunciat, EXCEPTIONEM NON OBSTARE.*

31 Quæ quum ita sint, nulla juris ratio postularet, ut causas exponamus, quibus Apostolici Processus tarditatem excusemus; nam, ut recte inquit Tullius pro P. Sylla *cap.* 13. = *Ego in judiciis, & in quæstionibus non hoc quærendum arbitror, num purgetur aliquis: sed num arguatur &c.? Jam non quæro, purget ne Cassius Syllam: illud mihi tantum satis est, contra Syllam nihil esse in indicio*. Verum has, quoad temporis longitudo, atque rerum omnium, quæ evenerunt, obscuritas sinent, conquiremus, easque consecutas esse nos cunctas non profitemur, secutas esse præ nobis ferimus.

In

32 In his autem expendendis nec ea profecto requirenda est certitudo, quæ in Factis antiquis desiderari non debet, sed probabilitas, verique similitudo sufficit; ut probe monet Tullius in Timaeo *cap.* 3. = *contenti esse debebitis, si probabilia dicentur &c. Vos, qui judicatis, si probabilia dicentur, nil ultra requiratis*, & in nostris terminis Benedictus XIV. *lib.* 2. *cap.* 5. *in fin.*: *Postulatores &c. notam culpabilis dilationis &c. feliciter porro propulsarunt, ostendendo PROBABILES CAUSAS, propter quas tanto tempore Processus Apostolici constructionem distulerunt*: nec etiam singulorum annorum sunt speciatim impedimenta deposcenda, sed res ex bono, & æquo, ac *morali*, ut dicitur, *modo*, perpensis iis, quæ Viro prudenti rem prudenter pensanti persuadere debeant; atque ex antecedenti tempore ad consequens, atque ex consequenti ad antecedens, arguendo, judicanda est; juxta præclarum Card. Capisuccii monitum *Controv. Theolog. in fin. Oper.*

33 Illud est autem in primis animadvertendum, cujus jam supra meminimus, quod hujusce Causæ Postulatorum munus, gravissimumque ejus pondus, Monialibus præ inopia non valentibus, sibi ultro, propter unam erga Dei Famulam pietatem, susceperunt Canonici, Capitulumque Metropolitanæ Hispalensis Ecclesiæ, necnon Senatus, ac Civitas Hispalensis, susceptumque officii, laboris, atque impensarum onus sustinuerunt, atque etiam num sustinent.

34 Hoc proposito, brevi, PP. ornatissimi, in conspectu ponenda est a nobis rerum gestarum omnium, ex ordine temporum a principio repetito, descriptio.

35 Obiit Dei Famula *anno* 1623.; atque paullo post ejus obitum Eminentissimus Cardinalis de Guzman Hispalensis Archiepiscopus eximia, quam diu conceperat, Ancillæ Dei Sanctitatis opinione, præclaraque hujus in dies percrebescente fama commotus = *desiderando, che non rimanesse sepolta nella dimenticanza la vita colle cose miracolose della detta Serva di Dio, prima, che li Testimonj morissero, ordinò alle Religiose di detto Convento con suo ordine dato in virtù di S. Obbedienza, che fu loro notificato, qualmente &c. ciascheduna di esse facesse particolare memoria, e ponesse in scritto in un quinternolo sottoscritto col suo nome tutto quello, che sapeva della detta Serva di Dio, e venisse consegnato al Deponente*, (Visitatori Conventus) *come fu effettuato, Proc. fol.* 983 *terg. in fin. & seq.*

36 His, aliisque omnibus, quæ ad Processus constructionem instituendam oportebant, comparatis, *anno* 1630., septennio, aut nondum etiam elapso, Ordinaria super ejus Virtutibus exorsa fuit Inquisitio, atque *anno* 1633. absoluta; ut ex *Proc. fol.* 72. *& seqq.*, *& fol.* 1205.

37 Fuit hæc ad S. Rit. Congregationem transmissa: atque altera deinceps, eadem Ordinaria auctoritate confecta *super cultu Dei Famulæ non exhibito*; atque harum Traductione peracta, ceterisque paratis omnibus, quæ erant præmittenda, Causa hæc *anno* 1641. proposita fuit in S. Rit. Congregatione, a qua Decretum prodiit, *Commissionem posse signari*, ut *in Proc. super Fama fol.* 62. Quum autem nescio quæ exorta fuisset de Processu super non cultu difficultas, non ante signata fuit Commissio, quam *an.* 1642. *Proc. fol.* 2666. *ter. & seq.*

38 Hoc quamvis *anno* 1642. Commissione signata, quum eam Urbani VIII. Decreta, infirmam licet, communem tamen, recepissent interpretationem, quod vetita esset Processuum constructio ante quinquagesimum a Servorum Dei obitu annum impletum: teste Bened. XIV. *lib.* 2. *cap. ult. num.* 2., & in Decreto anno 1751. edito *in Causa tunc Vener., nunc*

S. Joannæ Fremiot de Chantal §. 1., & 2., ubi, quod ejusmodi Urbanorum Decretorum interpretatio *fere communis* error fuit, quo quamplures Postulatores vehementissime fuerunt excusati, Remissorialium in hac Causa Literarum retardata fuit expeditio, usque quo tandem hoc quinquaginta, post Dei Famulæ mortem, annorum spatium excurreret; quo vix expleto, ad earumdem expeditionem *anno* 1674., qui ipso quinquagesimo proximus fuit, ventum est, *Proc. fol.* 2671.

39 Ad hanc communem producendi Processus rationem plura accesserunt moram, cunctationemque inferentia impedimenta. Per hæc namque tempora, quibus nostræ Causæ signata fuit Commissio, Hispalense Capitulum magno studio ad Causam promovendam incumbebat *B. Ferdinandi Regis Castellæ, & Legionis*, quæ *per viam cultus* procedens celerius poterat expediri; atque Archiepiscopus occupatione distinebatur constructionis Processus Apostolici *super cultu eidem Beato exhibito*, qui cultus *anno* 1655. a S. Rit. Congregatione approbatus fuit, ut ex Bened. XIV. *lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 18., *et cap.* 46. *num.* 7., ac post ipsius cultus approbationem alia ab eodem Archiepiscopo Apostolica auctoritate facta fuit de ipsius *Virtutibus, & Miraculis* Inquisitio, ut ex eod. Bened. XIV. *lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 19.

40 Quum autem idem Hispalensis Archiepiscopus, cui Remissoriales Literæ pro nostro conficiendo Processu erant inscribendæ, nequiret uno, eodemque tempore duorum Apostolicorum Processuum constructioni interesse: aliisque tum etiam suis Pastoralibus amplissimæ Diæcesis curis, quibus Archiepiscopus fere non obruitur, impeditus, atque alligatus esset, cunctandum fuit Postulatoribus in Causæ cursu, ne frustra Remissoriales literæ expedirentur, quarum producenda erat executio.

41 Prædictæ Remissoriales Literæ *anno* 1674. in hac Causa expeditæ, atque a S. Congregatione Archiepiscopo Hispalensi, & Episcopo Visicensi, nec non Vicario Generali Hispalensi inscriptæ, *coram Judicibus Delegatis* (ut ex *Proc. fol.* 2672. *ter. & seq.* intelligimus) *nec exhibitæ, nec productæ fuerunt*; quod quidem, ne Postulatores plane fatuos, amentesque dicamus qui easdem multis impendiis impetrassent, de earumdem executione nullo modo solliciti, quod a recta cogitandi ratione prorsus abhorret, ex eo factum fuisse asserere tuto possumus, ac quisquam sibi facile persuadere debet, quod Delegati Judices ad jurisdictionem acceptandam, Processumque conficiendum, ex suorum cujusque munerum impedimentis, simul, uti oportebat, convenire non possent,

42 Præteriit interea tempus iisdem Literis ad conficiendum Processum præstitutum: Accidit post tot annos oculatorum Testium interitus, qui Postulatores ab accelerandi Processus sollicitudine abduxit: E vita decesserunt Judices Delegati, Fato functi sunt Vir illi tum Capituli, tum Civitatis, qui eximiarum rerum a Dei Famula gestarum spectatores, laudatoresque, atque ejus promovendæ Causæ auctores, suasores, impulsoresque fuerunt: Pristinum illud Causam ad idem Capitulum, eamdemque Civitatem non pertinentem, maximis diu suppeditandis sumptibus, fervens peragendi studium tantisper, ut diuturnitate temporis evenire solet, remisit.

43 Atque ad hoc magis, atque magis remorandum negotium impedimentum quidem attulit gravissimum, & maximum, Capituli, & Civitatis, duorum nempe corporum ad hanc causam promovendam conjunctio. Neminem quippe fugit, quam segniter expediantur negotia, quæ plurium consilio, & opera perfici debent: quamque difficile sit, non modo unius corporis membra in unum, sine suffragiorum discrepantia, conspirare, ve-

rum

rum in id quoque alterius diversi corporis membra plurima convenire; ut bene Textus *in leg. Meminimus Cod. Quando, & quibus quart. pars. lib.* 10., Glossa *in Cap.* 1. *Ne Sede vacant. verb. dissolveretur*, Sebastian. Medices *de fortuit. casib. quæst.* 9: *num.* 9. Piaggius *de Tutor. quæst.* 11. *num.*6. & 7., Christinæus *decis. Belgic.* 29. *num.* 22. *Tom.* 5., atque erudite Justus Lipsius *Civil. lib.* 5. *cap.* 14.; unde illud Poetæ;

Segnius expediunt commissa negotia plures.

44 Alii intervenere casus, quos harum Causarum progressum remorari solere sapienter monet Bened. XIV. *in Decreto edito anno* 1757. *de Virtutibus Ven. Jo. Leonardii*, ubi generatim de hac dilatione sic ait = *ea enim dilatio ex iis tantummodo rerum eventibus secuta est, qui ut plurimum in hujusmodi Causis fortuito accidere solent*.

45 Silentio denique prætereunda non sunt calamitosissima Bella, quibus Hispaniam flagrasse discimus ab Historicis, in qua summa perturbatione rerum, usquequo, non solum sequeretur pax, sed ea etiam, quæ pacem certam, ac stabilem facerent, nullus promovendæ Causæ sollicitudini locus esse poterat.

46 His tot, atque variis, multiplicibusque causis hujusce cursus Causæ intermissus instaurari deinde cœptus est *anno* 1628., ut ex mandato Procuræ, quod legitur *in Proc. super Fama fol.* 23., atque *anno* 1729. Postulatores S. Congregationi supplicarunt tam pro Litterarum Remissorialium relaxatione pro conficiendo Processu *super fama sanctitatis*, quam *pro subrogatione Iudicum* in eorum locum, *qui anno* 1674. ad peragendam Inquisitionem de Virtutibus fuerant delegati, ut *in Proc. super fama fol.* 65., & *seq.*, & *Proc. fol.* 2672. *terg.*; sed non ante *annum* 1731. Literas Remissoriales pro eodem Processu *super fama* impetrarunt, atque novarum oportuit expeditionem obtinere Litterarum pro construendo Processu *de Virtutibus Proc. fol.* 2673., & dicto Proc. super fama *fol.* 66. *ter.*

47 Confectus hic fuit Processus *super fama*, sed, propter Delegatorum Judicum in alterius Processus constructionem incumbentium impedimentum, non ante *annum* 1735. absolutus est; ut in *dicto Proc. super fama fol.* 5. *et* 7. At non item specialis institui potuit Inquisitio de virtutibus, quum Litteræ Remissoriales eodem *anno* 1731. expeditæ = *ob difficultatem* (sunt verba *Proc. fol.* 2673. *ter in fin.*) *uniendi Judices Delegatos in dicta Civitate Hispalensi, aliaque legitima impedimenta, nedum debitæ executioni demandatæ non fuerint, sed ob tanti temporis lapsum deperditæ sint*. Novum igitur, desitis impedimentis, earumdem a S. Congregatione peti opus fuit exemplum, quod *anno* 1753. ex Benedicti XIV. Decreto, relaxatum fuit, *Proc. fol.* 2674. *ter.*, atque eædem expeditam executionem habuerunt.

48 Itaque Causæ cursum ab initio ad extremam usque Processuum confectionem explicavimus. Vestrum nunc est, præstantissimi PP., his cognitis perpensisque omnibus, quæ dicta sunt, aliisque, qui humanis rebus ultro occurrere atque obsistere solent, casibus, vestris potius animis & cogitatione, quam nostra oratione comprehendendis, num qua doli, num qua fraudis, num qua Sedis Apostolicæ deceptionis, in hujus Causæ Postulatores, maximos, spectatissimosque Viros cadere possit suspicio, an isthæc in re nulla sit, nullaque esse possit, vestrum, dicimus, nunc est hoc, vestræ sapientiæ, vestræ religionis, ut judicetis.

49 Est autem Postulatoribus vehementer dolendum, quod sine ulla eorum culpa, prolixioris Miraculorum numeri, diuturnioris temporis intervalli, majorumque sumptuum pœnas sustinere debeant, sanctissima quidem lege sancitas, gravissimas autem & maximas.

50 Hac suspicione propulsata penitus, atque deleta, ad ea venimus, quæ *Processus Ordinarii cum Apostolico* visa sunt impedire *conjunctionem*.

§. II.

51 Quæ vero contra exoptatam Processuum conjunctionem objiciuntur, ea in Testium oculatorum *numero, & qualitate*, atque *in adminiculo non levi*, sed *gravi* ex auritis Testibus desumendo versantur. Et quoniam ab Apostolicis Testibus suum ducit Fidei Promotor exordium, de iis prior est etiam sermo noster instituendus.

52 Tria autem hæc sunt, quæ ad Apostolicorum Testium fidem, auctoritatemque minuendam objiciuntur: Primum quidem, quod non aliam suæ scientiæ indicent originem, *quam publicam vocem, & famam, vulgique opinionem, lectionemque Vitæ Servæ Dei a P. Gabriele Aranda conscriptæ*, atque ideo Testes esse *de auditu auditus*, unde *grave desumatur adminiculum*, quos Benedictinum Decretum requirit, *nemo est, qui asserere audeat*. Alterum, quod hæc ipsa auritorum testimoniorum origo *multis ab initio immixta, auctaque fuerit fabellis, ac superlationibus*. Tertium denique, quod *multa ab Apostolicis Testibus narrantur, de quibus altum silentium in Ordinaria Inquisitione*; ut late *in Animadv.* §.10.

53 Sed cuncta hæc objecta facili negotio dissolvuntur. Et perperam in primis contenditur, nostros Apostolici Processus Testes inter eos *de auditu auditus* non esse referendos. Præterquamquod enim plurima peculiariter testantur *de auditu*, ut *Virtutum Expositionem* evolventi innotescet; hactenus profecto in Iure novum, atque omnino inauditum, Testes *de publica voce, et fama deponentes* inter auritos non recenseri; Ecquid aliud, amabo vos, præstantissimi PP., *publica vox, quid Fama est*, nisi quidquid de aliquo publice divulgatur, publicus sermo, communis Civitatis consensus, & velut publicum testimonium? Quintilian: *lib. 5. Institut.*, Cujac. *in Cap. cum in tua de Sponsal. Oper. Tom. 6. col.* 1074. *lit. C.* ibi = *Fama quidem communis videtur esse consensus Civitatis, et velut publicum testimonium*, *Rot rec. part. 6. dec.* 314. *num.* 9.; atque ideo non alio certe, *nisi sensu auditus* percipi potest, Gravetta *de antiquit. tempor. inter Tract. magn. Tom.* 17. *fol.* 142. *num.*3. ibi = *in Fama NECESSARIO INEST TESTIMONIUM DE AUDITU*, Monticell. *in Repert. Test. inter eosdem Tract: Tom.* 4 *fol.* 290. *col.* 2. *ante med.* ibi = *TESTIMONIUM DE AUDITU FAMÆ INEST NECESSARIO*, Pignatell. *Tom.* 1. *Consult. Canonic.* 239. *num.*3., & Rota *cor Cassador. tit. de Probat. dec.* 3. *sub num.*4. ibi = *FAMA EST NOTA per sensum corporeum exteriorem, scilicet PER AUDITUM, non per interiorem*.

54 Ejusmodi autem testimonia *de fama* (longe secus, ac in Animadversionibus verbis tantum asseritur (tanti profecto ex Jure, quo Majores nostri usi sunt, atque uti debemus, in hoc subsidiarum Probationum genere sunt ponderis, ut testimonio *de auditione* fide, auctoritateque præstent & antecellant; ut præclarissime docent Farinac: *quæst. 69. num.* 35. ibi = *testimonium famæ est fortius, quam testimonium de auditu, & n.*42. = *testimonium Famæ* UTIQUE POTENTIUS EST, *quam testimonium de auditu*, Pignatell. *Tom.*10.*Consult* 187.*num.*2. ibi = *Testes deponentes de publica voce, et fama* MAJOREM GRADUM PROBATIONIS EFFICIUNT, *quam Testes de auditu*, De Justis *de Dispensat Matrim lib.* 1. *cap.* 6. *num.*146., *Rot. cor. Pennia dec.* 107. *n.*4. *et* 5., *et rec. part.*9. *dec.* 118. *num.*10.

55 Quod si in factis antiquis Testis auritus unus ex indubitato jure facit adminicu-

niculum confirmans rei, de qua quæritur fidem, Cujac. *in cap. Præterea* 27. *de Test.* = *de auditione testimonium recipitur tanquam adminiculum alterius probationis*; SI ponderosius hoc efficit auritorum Testium numerus, ita ut hisce Testibus *uni oculato* conjunctis plena in Judiciis auctoritas tribuatur, & fides, Rot. *rec. part.* 5. *dec.* 16. *n.* 7., & Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 12.: SI Testes denique de fama deponentes semiplenam faciunt probationem, Rot. *cor. Cassador. Tit. de probat. dec.* 2. *num.* 1., *et in rec. dec.* 44. *num.* 4. *part.*2., *et dec.* 526. *num.* 5. *part.*3.; & fuit, amplissimi PP., quod in hac Causa dubitaretur, quod in dubium venire non poterat, an ex testimoniis *de fama*, ceteris conjunctis *de auditione*, illud desumatur *grave* adminiculum, quod oculatorum Testium in Ordinaria Inquisitione examinatorum fidem confirmet, eisque plurimum firmitudinis augeat?

56 Quod vero iidem Apostolici Testes non raro suam *ex lectione Vitæ Servæ Dei a P. Gabriele Aranda conscriptæ* scientiæ causam repetant; at, quum in omnibus fere Dictis ad hanc addant *publicam vocem, et famam*, (nihil enim impedit, quominus earumdem rerum notitia unum in Testem multiplici ex fonte promanet) ad rem, de qua agitur, ea in primis sciendi ratio spectanda est, cui auctoritas, fidesque major adjungatur. Nec ipsa Historia vitæ Servæ Dei a spectato Viro conscripta præstantis adminiculi robore caret, ut post alios docet Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.*6.

57 Venimus *ad alterum*, quod *Majorum traditio, publica vox, & fama, Historicorumque fides*, quibus Apostolica testimonia innituntur, *multis usque ab initio immixta, auctaque fuerit fabellis, ac superlationibus*, quod *vel ipsi Causæ Patroni* (ut sunt Animadversionum verba) *ultro fatentur in præterita Responsione pag.*10. §.40. & 41. Permirum vero nobis accidit, hoc fidenter ab Animadversionibus jactari, quod nos in præterita defensione ultro fassi fuimus, ea, quæ ipsæ meminerunt, multis immixtas, auctasque fuisse fabellis, quod ne dormientes somniavimus quidem; quemadmodum nostræ Responsionis lectionem repetenti manifestissimum fiet.

58 Unum, unum profecto illud *in prioribus Animadversionibus* §. 13. objiciebatur, quod modo in *novis* verborum accessione multiplex asseritur, Dei Ancillæ Confessarios, ac in primis P.Monterium *in laudatoria*, quam, dum ei justa persolverentur, dixit *oratione*, de eadem prædicasse, *donum sanctificationis* habuisse *instar S. Joannis Baptistæ*, unde in ceteros hujus rei fama manavit. Ab ejuscemodi præclarissimi Doni veritate vindicanda nostra longe absuit cogitatio, sed diximus, quamdam fuisse *sanctitatis superlationem* ab eorumdem Confessariorum justis non librata ponderibus, nulloque adhibito criterio, opinione profectam; quippe qui animo volventes suo mirifica illa, quæ quum in utero gestaretur, ac vix edita in lucem, susceptaque esset, evenerunt, relata in Exposit. Virt. *pag.* 2. & *seq.*, ipsiusque universæ vitæ exploratam habentes integritatem, & sanctitatem, re momento suo non ponderata, in hanc ingressi fuerunt opinionem, quæ in nonnullorum ceteroquin doctorum virorum mentem de aliis Sanctis irrepsit, atque etiam scriptis vulgata fuit, quos memorat Theophil. Raynaud *Heteroclit. Oper. tom.*15. *pag.*291. *num.*2. & *seqq.*, qui *pag.*298. *n.*20. sic eos excusat = *Aliqui enim quum aliquid insolitum circa puerum, vel recens editum, vel adhuc utero conclusum divinitus patratum legissent, illico ad prærogativam sanctificationis in utero confugerunt.*. Sed recte ad rem verba usurpare liceat Melchioris Cani *de human. histor. cap. ult.* = *error fuit ignorantis, non mendacium fallentis*.

59 Intereſt vero quammaxime, quum de Probationibus in Judiciis agitur, interea, quæ conſiſtunt *in Facto*, certaque ſcientia comprehenduntur, ut ſunt exerciti virtutum actus, atque alia, quæ in ſola opinione poſita ſunt, ut paſſim docent DD., quos refert Reinffeuſtuel *in Jus Canonic. lib. 2. Tit. 20. num. 345.*; Ita ut, quamvis opinio ſit errans, cum incognitoque communis, non ideo tamen rerum geſtarum veritas fideſque concidit, ſed eadem rejicienda eſt opinio, atque cetera ulla ſine hæſitatione admittenda; ut ſapientiſſime cum *Bollando*, & *Tillemontio* monet Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 10. num. 8.* his verbis = *nonnulla aliquando improbabilia reperiri, & hæc quidem eſſe dimittenda, AT NON ALIA, quæ non ſunt tali nota ſignata &c. Ad judicium virtutum &c. in Cauſſis Canonizationis exiſtimarem, vim probationis obtinere debere hiſtorias &c., etiamſi ipſis eorum hiſtoriis aliqua vere improbabilia, aliqua revera haud veriſimilia intermixta ſint: hæc enim poſſunt abjici, RELIQVA AVTEM ADMITTI.*

60 Traditio igitur, ac Fama virtutum Dei Ancillæ haud quidem ab iſthac labefactata remanet Confeſſariorum opinione, ſed quum ab ipſis quidem orta fuerit præclaris ejus in luce, atque in plurimorum oculis poſitis rebus geſtis, quibus conſenſit laus bonorum, incorruptaque vox bene judicantium de excellenti virtute; cunctarumque in primis Monialium Cœnobii, quod fundaverat, ipſius heroicorum teſtium, & ſpectatricium factorum, tam eſt utique facienda maxime, ut Teſtes ab eadem Dictorum ſuorum originem repetentes in eo auctoritatis gradu locentur, cui vir quiſque prudens ac juſtus omnem ſuam tribuat, adjungatque fidem, *ex auctoritatibus proxime citatis*.

61 Tertia denique objectionis pars, quod pauci ſint heroici virtutum actus, in quibus Apoſtolici Teſtes cum Informativis conveniant, multaque ab illis commemorentur, quæ Teſtes Ordinarii ſilent, *tum primum* diluitur ex Facto, quo plane conſtat, permulta quidem ab Ordinariis Teſtibus prodita Apoſtolicorum teſtimoniis confirmari, ut hujus Cauſſæ *Summarium*, atque *Expoſitionem Virtutum* evolventi occurret: *tum etiam* a Jure, iſtiuſque Sacræ Congregationis inſtituto, & conſuetudine removetur.

62 Enim vero concedimus ſapientiſſimo Animadverſori, ut Ordinaria Inquiſitio cum Apoſtolica conjungatur, Teſtium requiri inter ſeſe convenientiam, quam noſtri *Proceſſuum congruentiam vocant*; at non is tamen neceſſarius unquam fuit, aut neceſſarius eſt, *Ordinarium* inter, atque *Apoſtolicum* Proceſſum conſenſus, concentuſque teſtimoniorum, ut, quæ recte facta *Ordinarii* narrant, ea *Apoſtolici* Teſtes recinant omnia, tamquam imago; ſed, quum quæſtio non ſit *de actibus*, ſed de *habitibus*, qui ex pluribus actibus innoteſcunt, ut recte perpendit Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 4. num. 6.* = *in Dubio quippe virtutum non agitur de judicio ferendo ſuper hoc, vel illo actu, ſed potius ſuper habitu*; ſufficit certe conſpiratio, & concordia teſtimoniorum, quod ad ipſas quidem attinet virtutes, ut ex Ordinarii, Apoſtolicique Proceſſus Teſtibus ſimul, uti oportet, conjunctis, de earumdem virtutum, ſeu habituum, probatione judicetur; ut bene monet Matthæucc. *in Pract. ad Cauſ. Beatif. Tit. 1. cap. 2. num. 2. in ſin. & ſeqq.* ibi = *Proceſſibus auctoritate Ordinaria conſtructis una cum auctoritate Apoſtolica fabricatis probari ſanctitatem &c.; ſe invicem enim condjuvant, junguntque quodammodo ſibi manus ad integrandam plenam probationem. Amplius proinde ambigendum non eſt, Proceſſus auctoritate Ordinaria fabricatos probare in Cauſis &c., dummodo conſonent aliis auctoritate Apoſtolica compilatis, adeo ut NVLLA INTER EOS EXSV-*

SURGAT DISSONANTIA, quem amplectitur Benedictus XIV. *lib*: 2. *cap*.5. *sub num*.2. *&* 4. *in fin*. ibi = *Siquidem ergo solus superest concordiæ, & inter utrumque Processum congruentiæ modus a Matthæuccio expositus; hic utique videtur admittendus*.

63 Ab Apostolicis Testibus ad *Ordinarios* Animadversiones transeunt, de quibus seorsum agendum est.

§. III.

64 Testes Ordinaria auctoritate receptos, etsi *magno numero* oculatos, *paucos vero admodum esse*, objiciunt Animadversiones §.11. *&* 12., qui *de singularibus virtutum actibus, deque eorum præstantia tamquam oculati deponunt*; atque ex his (*duobus Confessariis exceptis, paucis verbis de Venerabilis Virginis sanctitate testimonium ferentibus*) *domestici tantum Testes, Moniales nempe aliquot, eædemque ipsæ Sorores, & Consociæ V. S. D. afferuntur, a quarum fide generice, confuse, perturbateque illius præclara opera commemorantium tota virtutum probatio in hoc gravi judicio esset repetenda, quæ res periculo plena etiam, atque etiam præcavenda est*.

65 Hæc autem plura, uno ab Animadversionibus alligata fasce, separatim singula ab universis, atque universa simul, tum *Facto*, tum *Jure* confringuntur, eque medio tolluntur. Dicimus imprimis, nullum Benedictino Decreto præstitutum esse oculatorum Testium numerum, ex quo fit, ut eodem ipso Pontifice auctore, atque judice, duo tantum sufficerent, ut in suo Opere *lib*.3. *cap*.5. *num*. 10. = *Regula, quod ex duobus Testibus legitima, & sufficiens habeatur probatio, ad Caussas etiam Canonizationis extenditur*; quod antea quamplures docuerunt AA., ac præsertim Mathæuccius *in Pract. ad Caus. Beatific. Tit*.3. *cap*.5. *num*. 45. = *ex Lege Divina, & Canonica ad plenam probationem DUO sufficiunt &c. Propterea TUTO per duorum depositionem proceditur*, & Tit. 4. cap. 2. n. 7. & seqq. = *DUOBUS Testibus PLENITUDO PROBATIONIS INTEGRATUR ad formam juris tum Divini, tum Canonici &c. Adæquata itaque securitas probationis EX DUPLICI TESTE consurgit, sed oculatos opus est esse &c. TUTO ad judicium Judex secundum Legem Divinam, & Canonicam procederet, si DUO SOLUM oculati &c. penitus concordarent*, & Tit.5. cap.2. n.24. = *Quæritur, quot Testes requirantur ad plenam probationem virtutum? Resp. DUO, qui sint de visu juxta Legem Divinam, ac Canonicam. Nam, ubi numerus Testium non adjicitur, etiam DUO SUFFICIENT. Pluralis enim locutio duorum numero contenta est &c. NULLA VERO LEX STATUIT IN ISTIS CAUSIS NECESSARIUM NUMERUM MAJOREM*.

66 Deinde vero negamus, *paucos* in nostra Ordinaria Inquisitione Testes de peculiaribus præstantibus, heroicisque virtutum actibus esse *oculatos*, sed vere dicimus, tuemurque, numero esse permultos, qui *Expositionem Virtutum* sedulo perlustrantibus ostendunt se, & occurrunt; ita ut ad eos, ex memorati Benedictini Decreti præscripto, auritis Processus Apostolici Testibus adjunctis, *res ad eum statum redacta sit, ut faciat fidem, & auctoritatem Viro prudenti de re gravi judicaturo*.

67 Quod autem *tota virtutum* probatio *a domesticis tantum Testibus*, Monialibus nempe, Sororibus, & Consociis Venerabilis Servæ Dei repetatur, etsi res ita se haberet, (quod longe secus est, ut proxime dicendum erit) nullo profecto jure in hac Causa externa testimonia requirerentur, quæ nec necessaria sunt, neque, ex Dei Ancillæ vitæ instituto, haberi poterant.

rant. Et necessaria quippe non sunt; quum non aliud in Judiciis dispiciendum est, nisi, satisne, an secus, ea, quæ oportet, idoneis Testibus probentur? Religiosis vero, an Secularibus, nil interest. Nec porro Judex animum debet suum ad hos potius, quam ad illos Testes, ad hancve magis, quam ad illam, probationis speciem alligare; quum non unus cujusque rei veritatis deprehendendæ modus sit, sed multifariam hæc prodire possit in lucem.

68 Disertissimam hac de re sanctionem habemus in Canone *Si Testes* §. *Sæpe Caus.4. quæst. 2.* ibi = *non ergo ad unam probationis speciem cognitionem statim Judex alligare debet; sed,ex sententia animi sui existimare, quid probatum opinetur*; gravissimum itemque monitum tum Cœlestini III. *in Cap. In præsentia de Renunciat.* ibi = *Judex non semper ad unam speciem probationis applicet mentem suam, sed ex confessionibus, depositionibus, allegationibus, & aliis &c. firmet animi sui motum*, tum Innocentii III. *in Cap. Causam de* Sentent. ibi = *quia Judicis animus non semper ad unam probationis speciem inclinatur*, tum etiam Adriani Imperatoris *in L. 3.* §. *Ejusdem ff. de Test.* ibi = *Non utique ad unam probationis speciem cognitionem statim alligari debere*, & ibidem Gloss. *verb. speciem, & in L. 5. Cod. de Probat. verb. aliis* ibi = *Nec debet Judex alligare animum ad unam speciem probationum*, & Cujac. *in cit. cap. Causam Oper. Tom.6. col.926.*

69 Neque etiam ulla Juris, æquitatisque ratio patitur, ut plus externorum Testium defectus valeat, quam religio, & auctoritas tot, tantarumque Deo devotarum Virginum, quæ testimonia dixere, *ex vulgatissimis Juribus*; ac eleganter ad rem Tullius *in Orator. ad Brut. cap.50.* = *Nec ego id, quod deest, flagito potius, quam laudo, quod est: præsertim quum ea majora judicem, quæ sunt, quam illa, quæ desunt*. Debent denique Judices ea esse probatione contenti, quæ haberi potuit, atque expendere potius, æstimareque præsentem, quam aliam rerum conditione denegatam flagitare, ad Text. *in L. Paulus ff. quæ sententiæ sine appellatione*, Felin. *in Cap. Licet n.1. de Test.*

70 Quod ipsum si in omnibus Causis ex indubitato jure hactenus obtinuit, in hac multo profecto magis, in qua de Ancilla Dei agitur, quæ solitariam primum domi, deindeque intra Asceterii septa, vitam deguit, cujus eximiæ virtutes, non equidem in foro, non in Civitatis luce, non in oculis Civium, non in extraneorum cognitione, sed intus, atque in domo versabantur; quarum ideo probatio a Domesticis, Monialibusque, quibus unis perspectæ esse poterant, non autem ab extraneis, quos eæ fugiebant, maxime petenda est.

71 Domestica ejusmodi testimonia plenam quidem, sine ullo exterorum adminiculo, probationem constituunt, ut late Farinac. *Oper. Criminal. quæstion. 60. num. 479. & seq., & num. 539.*, Contelor. *de Canoniz. SS. cap. 18. num. 4., & seq.*, Matta *eod. Tit. part. 4. cap. 17. num. 12.*, Bordonus *de Mirac. Medit. 32. num. 32.* ibi = *Moniales pro suis possunt esse Testes &c.; & quidem a fortiori respectu suarum Monialium, cum nulli extraneo pateat aditus intra clausuram, ex qua prohibitione certum est, nullos, præter illas, scire gesta, mores, & observantias suarum Monialium, unde de necessitate sunt Testes idoneæ*; Pignatell. *Consult. 194. num. 2. & seq. Tom. 1.* ubi quod præsertim id obtinet = *quando agitur de gestis in Monasterio, & de personis degentibus intra Claustra, ut in Monialibus, ubi alii non interveniunt*, Matthæucc. *in cit. Pract. Tit. 5. cap. 2. num. 21.* = *Religiosi, & Moniales optime probant in Causis Servo-*

rum

rum Dei ejusdem Ordinis. Nec obstat suspicio affectionis ad Causam, quum hæc purgetur per juramentum &c. Nam certe a nullo melius possunt sciri Facta Servi Dei alicujus Ordinis, quam a Religiosis cum eodem convīventibus, præsertim loquendo de iis, quæ egerat in Monasterio, & Bened. XIV. *lib. 3. cap. 6. num. 17.* = *Monialium testimonia rejici non possunt tum in casu prædicto, tum in ceteris, quæ intra Claustra Monasterii effecta sunt, & quæ extra per alios probari non possunt*; pergitque cum Archiepiscopo Myrensi Fidei Promotore ponderare, quod = *agebatur de gestis intra septa Monasterii, & præsertim Monialium, de quibus exteri non poterant esse informati.*

72 Multoque certius quum ingens est domesticorum Testium numerus, qui tantum quidem operatur, ut eorum etiam, qui aliquam patiuntur exceptionem, suppleat fidem; uti docent Ursill. *in Addit. ad Afflict. dec.* 400., Farinac. *quæst. 60. num. 541., & seq.*, Rot. *cor. Gregorio XV. dec.340. num. 6., cor. Lancetta dec. 577. num.2., & cor. Dunozetto Jun. dec.804. num. 13.* = *Esto, quod aliquam patiantur exceptionem, eorum tamen fides ex numero suppletur, & corroboratur.*

73 Verum enim vero, præter Domesticos, quampluribus tum etiam hæc instructa Causa est Testibus externis, qui satis amplum VIGESIMUM SECUNDUM numerum æquant, ut liquet *ex Conspectu Testium*, Virtutum Expositioni adnexo, *pag.* 157. *& seqq. num.* 1. 23. 31. 32. 33. 34. 38. 40. 44. 45. 47. 51. 52. 53. 57. 58. 59. 62. 65. 69. 70. 71.

74 Atque hos inter peculiariter nominandi sunt QUATUOR, non quidem *duo*, ut Animadversiones asserunt, Dei Famulæ CONFESSARII, nimirum Testis I. *P. Monterius Ord. Prædicat. SS. Inquisitionis Consultor.* Testis XXXII. *D. Joannes Salinas*, Testis LVIII. *P. Didacus de Angulo Ordinis Carmelitarum*, & Testis LXIX. *D. Franciscus de Castillo*, nec non Testis XLV. *P. Petrus a Jesu Ord. Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis*, qui ab ejusdem Ancillæ consiliis fuit.

75 Quod si in iis etiam casibus, in quibus de rebus agitur externis Testibus apprimè notis, quarum domesticorum tantum excepta fuerunt testimonia, ad confirmandam magis, corroborandamque probationem etiam unius sufficit externi Testis testificatio, ut apud Farinac. *quæst. 62. num.* 331., & Tiraquell. *de Pœnis temper. Caus. 51. num.* 119., quid de nostrarum erit Probationum firmitate, auctoritateque sentiendum, vos, Patres ornatissimi, pro vestra sapientia jam intelligitis, & comprehenditis.

76 Sic nostris hujus Causæ Probationibus, contrariis eversis objectionibus, firmissime constitutis, ad cetera progredimur.

§. IV.

77 Quamquam in hac Causa numero plures Testes sunt oculati, at hi vero, ut dicunt *Animadversiones* §. 11., ipsique etiam inter hos Confessarii, *pauca* de heroicis virtutibus commemorant: atque P. Monterius, qui a Dei Famulæ confessionibus triginta fuit annos, *vix ullam meretur fidem, quum graviora quaedam facta, scituque necessaria siluerit; cujusmodi est illud reprobatarum ab ipso Dei Famulæ Constitutionum, quas insuper ab illius manibus abstulisse, lacerasseque ceteri commemorant Testes.*

78 Atque ab hoc P. Monterii silentio exordientes, mirum videtur, Animadversiones hac de causa fidem ejus testimonio abrogare, quod ita demum faciendum esset, si id, quod ceteri affirmant Testes, de eo interrogatus

aperte ipse negasset Monterius, ut bene Rot. cor. Gregorio XV. *dec.* 351. *num.* 28. ibi = *Nihil facit, quod dicat, Sebastianum Sacerdotem flevisse, & tamen Sebastianus examinatus id non dicat, quia non fuit de hoc interrogatus*, ET SUFFICIT, QUOD NON NEGET, & *num.* 31. = SUNT VANÆ EXCEPTIONES, *quæ dantur contra Hieronymum; licet enim dicat, Novercam fecisse minas mortis, quas Noverca examinata non dicat fecisse, attamen* SATIS EST, QUOD NON NEGET FECISSE.

79 At, quamquam idem P. Monterius, quum peculiariter hac de re interrogatus non fuisset, expressis eam verbis non retulit, eo præsertim, quod ad ipsius quidem Testis factum, quod memoratu minime erat necessarium, non autem ad Servæ Dei virtutes, pertinebat; at ex iis, quæ de hisce Constitutionibus narrat, satis aperte tum isthæc ejus earumdem improbatio, tum improbationis causa evincitur. Sic namque ait Proc. *fol.* 223. *ter.* = *desiderando la Ven. Madre, che il Convento fosse governato dalli Prelati dell' Ordine de' Predicatori &c., e volendo, che detto Convento fosse estraordinariamente religioso, e vedendo che le costituzioni del riferito Ordine, sebbene fossero rigorose, non erano tanto rigorose, quanto essa le desiderava, vi fece certe addizioni di Penitenze maggiori, e solitudini, di maniera tale, che non sembrò proprio alli Prelati dell'Ordine accettare la sudetta Fondazione, nè prendere sotto la loro cura detto Convento, e però essa con grande dispiacere suo sottopose il Convento alla Giurisdizione Ordinaria, come stà al presente, acciò si ponessero in esecuzione le sudette addizioni, che tanto desiderava, lo che alcune volte disse al Dichiarante a motivo, che il dispiacere fu ben grande.*

80 Quod vero prædicti Confessarii *paucis, genericisque verbis de Servæ Dei sanctitate testimonium ferant*, objectio isthæc ex Facto summovetur, quo compertum est, & multa, & illustria, de heroicis ejus virtutibus testimonia protulisse, quorum verba huc transcribere, ac quantas, quamque præclaras patefaciant virtutes, ostendere, quum jam *in Expositione Virtutum* relata sint, eæque a doctissimis PP., qui res magnas non testificationum longitudine, amplitudineque verborum, sed rerum testificatarum pondere, probe sciunt esse æstimandas, facile planeque intelligantur, haud necesse arbitramur; sed eosdem PP. ad memoratam *Expositionem* remittimus: indicatis tantummodo locis, quibus cujusque testimonia leguntur.

81 Et ea primum, quæ narrat P. Monterius Testis I., referuntur *pag.* 9., *pag.* 10., *pag.* 22., *pag.* 30., *pag.* 31., *pag.* 44., *pag.* 102., *pag.* 112., *pag.* 119., & *pag.* 139.; & Summ. *pag.* 134. §. 32. & *seqq.* D. FRANCISCUS DE CASTILLO Testis LXIX. *pag.* 6. *post med.*, *pag.* 14., *pag.* 30., *pag.* 34., *pag.* 45., *pag.* 66., *pag.* 79., & *pag.* 132.: D. JOANNES SALINAS Testis XXXII. *pag.* 34., *pag.* 44., *pag.* 55., *pag.* 113., & Summ. *pag.* 128. §. 21., & *pag.* 136. §. 53., & *seq.*: P. DIDACUS DE ANGULO Testis LVIII., qui sex tantum menses ejus confessiones excepit, *pag.* 45., ac denique P. PETRUS A JESU Testis XLV., qui, licet non ab ejus confessionibus, a consiliis tamen fuit, *pag.* 14., *pag.* 42., *pag.* 49., *pag.* 71., *pag.* 73., *pag.* 111., *pag.* 118., *pag.* 123., *pag.* 129., & *pag.* 211.

82 Utque aliqua strictim attingamus, conveniunt porro memorati Confessarii in referenda incorrupta, qua excelluit, vitæ, morumque integritate, atque innocentia singulari, ut nihil umquam totum suæ spatium vitæ ad *sexaginta quinque* annos productum, vel mente agitaverit, vel opere gesserit, vel

vel ex ejus ore exciderit, quod non penitus insitum, atque infinitum cujusvis, quamtumlibet levis, peccati odium, eximium animæ nitorem, excellens ejus, quam in sacro Baptismo acceptam perpetuo obtinuit, innocentiæ decus, nulla umquam, ne veniali quidem, quæ ex *proposito* dicitur, labe aspersum, perfectissimumque sanctitatis exemplum, summa admiratione præseferret, ut in dicta Expositione *pag.* 44. Testis I., & Testis XXXII., & *pag.* 45., Testis LVIII., & Testis LXIX.

83 Hanc vero quum Confessarii testantur perpetuam vitæ innocentiam, paucas ne heroicas, quibus refulsit comprehendunt virtutes? In omnibus autem ætatibus ad diuturnum *sexaginta quinque* annorum spatium productis, in omni statu, in omni loco, in omni, variaque, quam humana natura experitur, passionum aggressione, in tot irruentibus malorum agminibus, totque nos obsidentibus Adversariis, ut recte dictum sit *Job.* 7. 1. = *Militia est vita hominis super terram*, ab omni prorsus abstinere peccato, omnesque cujusque generis occasiones fugere, illecebrasque frangere, tentationes superare, fixas cordi, atque ex nobis, & in nobis ipsis natas pravas affectiones evellere, dum ipse quidem Apostolus fluctuabat, hærebat, astringebatur, captivari se asserebat in lege peccati, & mortis corpore debellari, nec potuisse evadere, nisi esset Domini *JESU* liberatus gratia, *ad Rom. cap.* 7., fieri hæc profecto nequeunt, nisi quis Dei gratia, & spiritu imbutus, vivensque, in frequentissimo, eoque sæpe heroico, vivæ *Fidei*, firmæ *in Deum Spei*, ferventis *Charitatis*, eximiæ *Prudentiæ*, summæ *Justitiæ*, robustæ *Fortitudinis*, admirabilis *Temperantiæ*, singularis *Mortificationis*, aliarumque Virtutum exercitio sit perpetuo vehementerque occupatus. Quod vel ex eo intelligitur, quod Sacris Literis *Eccli* 31., nedum Beatus dicatur, *qui inventus est sine macula &c.*, *qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit*, verum etiam maximopere laudetur his verbis = *quis est hic, & laudabimus eum?* ac non una quidem, sed pluribus, iisque mirabilibus praeditus dicatur virtutibus his verbis = FECIT ENIM MIRABILIA IN VITA SUA.

84 Et sic egregie porro THEOLOGALES, CARDINALESQUE Virtutes *omnes* in vitæ innocentia servanda HEROICE exerceri, docent Matthæuccius *in Pract. ad Caus. Beatific. Tit.* 2. *cap.* 1. *num* 33. = *Si non præcepta solum, sed & consilia Evangelica (saltem congruentia statui) semper; & toto conatu deprehenditur observasse, & alia supererogationis opera exercuisse usque ad ultimum vitæ momentum, ac numquam ab eo, verbo, facto, aut omissione declinasse*, IS JUDICIO COMMUNI CREDITUR PLANE FUISSE PRÆDITUS VIRTUTIBUS THEOLOGICIS IN GRADU HEROICO, IMO ET VIRTUTIBUS MORALIBUS ACQUISITIS IN EODEM GRADU, & Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 10. *continuatam innocentiam certo consequi* VIRTUTES NON MODO THEOLOGALES, SED ETIAM CARDINALES &c. HEROICUM ESSE *non transgredi, nec mala facere, cum potuit &c.* ID DIFFICILLIMUM ESSE, *cum tot in hac mortali vita suppetant occasiones peccandi*.

85 Constat ex memoratis Testibus mirificum illud *Orationis studium*, cui perpetuo inter ipsa, quæ gerebat negotia, dies, noctesque, quas hac de causa traducebat insomnes, tanto vacare solebat fervore, ut quandoque comburi videretur, præsertim vero ante Augustissimum Sacramentum *pag.* 10. Test. I. *pag.* 14. Test. XLV., & Test. LXIX. *pag.* 49. *in fin.*

86 Ejusmodi autem perpetuum vehemensque Orationis studium paucarum ne pa-

patefacit heroicarum exercitium Virtutum? Enim vero, quod *de Sapientia* scriptum est = *Venerunt autem mihi OMNIA BONA pariter cum illa, & INNUMERABILIS HONESTAS per manus illius*, Sapient. 7. 11., hoc vere de Oratione dici potest, quæ non tam virtus, quam omnium est ipsa complexio virtutum = *In ea* (Oratione) OMNIUM VIRTUTUM ACTUS EXERCENTUR (sic inquit Card. Bona *in Princip. Vitæ Christ. part. 1. cap. 50.*) *Prima occurrit &c.* FIDES &c.. SPES *erigitur &c.* CHARITAS *excitatur &c.*. *Per eam discimus adimplere* OMNEM JUSTITIAM, *& Justorum* PRUDENTIA *omnia perpendere* FORTITUDO *exercetur &c.*. TEMPERANTIÆ *actus eliciuntur &c.*. MULTIS ERGO VIRTUTIBUS FULGET, *qui multum Orationi incumbit*.

87 Quid de egregia erga Deiparam pietate? *pag.* 22. *Testis I.* Quid de firmissima ejus Spe in Deum? *pag.* 42. *Testis XLV.* Quid de flagrantissimo Dei amore, quo etiam eorum, quibuscum agebat corda comburebat? *pag.* 71. *Testis XLV.* Quid de anxia Proximi conscientia suis Orationibus, consiliisque pacata, ad rectamque virtutum ineundam viam excitata? *pag.* 79. *Testis LXIX.* Quid de subsidiis pauperibus præbitis? *pag.* 02. *Testis I.* Quid de hilari contumeliarum, atque acerbissimorum dolorum perpessione? *pag.* 30. *Testis LXIX.* *pag.* 31. *Testis I. pag.* 34. *Testis XXXII. pag.* 96. *Testis LXIX.* Quid de præstantissima ejus obedientia, paupertate, modestia, castitate, humilitate, carnis afflictione? *pag.* 71. *Testis XLV.*, *pag.* 111. *idem Testis I.*, *pag.* 118. *Testis XXXII.*, *& Testis XLV.*, *pag.* 119. *Testis I.*, *pag.* 123. *Testis XLV.*, *pag.* 129. *idem Testis*, *pag.* 132. *Testis LXIX.*, *pag.* 139. Quid de magni illius Voti implemento peragendi semper quidquid perfectius esse intelligeret? *Testis I. pag.* 6. *Testis LXIX.* Quid de imperturbabili animi pace, tranquillitateque, quam etiam in adversis rebus perpetuo obtinebat, ut in humanis agens felicitate inchoata perfrui, ipsamque prægustare videretur Beatitudinem? *pag.* 73. *Testis XLV.*, *& Testis XXXII. Proc. fol.* 98. NOTA (inquit Cornel. a Lapide Eccli. 4. 13.) EFFECTUM, SIGNUMQUE CERTUM VERÆ SANCTITATIS *esse animum placidum, quietum, hilarem: hunc enim efficit* SANCTITAS, ET SANCTA CONSCIENTIA, *quia animam Deo assimilat*, & Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 12.

88 Quot insuper, ac quantas, quamque præclaras tum *Spei*, tum *Charitatis in Deum, & Proximum*, tum *Prudentiæ*, tum *Fortitudinis*, aliasque, non complectitur virtutes *Conventus sub arctissima Regula Fundatio* a paupere Virgine inter plures adversitates, contrariosque nisus instituta, suscepta, continuata, producta, & ad exitum usque absolutionemque perducta? Tantum ne unius Virginis valuisse virtutem! Tantum ne unam eam efficere potuisse! *Faciunt se AUCTORES MAGNORUM, ET HEROICORUM OPERUM, qui instituunt novas Ecclesias, Sanctos Ordines, Congregationes &c.* sunt Cornel. a Lapide verba *in Proverb. cap. 8. versi. 22., & in Isaiam* 58. 12. = *Nota, Deum excitasse ad hoc tales Viros, qui erant MAGNÆ MISERICORDIÆ, CHARITATIS. Tales enim requiruntur ad hoc opus.*

89 Quid denique de ejus felici obitu? *pag.* 155. *Testis XXXII.* atque idem Testis *Sum. pag.* 128. §. 21.

90 Atque ad extremum, ne cetera persequamur, quid de præclarissima illa Fama Sanctitatis, quæ vivam celebrabat, ac mortuam consecuta est? *Summar. pag.* 134. *Testis I.*, *& pag.* 136. *Testis XXXII.*

91 Plura profecto de heroicis Servæ Dei virtutibus commemorassent Confessarii, si Processus ex horum temporum praxi ab Urbani inducta Decretis,

qua

qua sollers singularum fit rerum omnium inquisitio, confectus fuisset; At tanta sunt, quæ dicunt, ut majora a Confessariis desiderari non possint. Ad judicium vero de Virtutum Probatione ferendum, non Confessariorum tantummodo inhærendum est testimoniis, sed cæterorum debent eis Testium Dicta conjungi, quum non ex Probationibus separatim spectatis, sed ex omnibus simul junctis, de earumdem plenitudine, ac firmitate sit judicandum; ex tritissimis Juris principiis apud Rot.*rec. part.* 6. *dec.*223. *num.* 13. *& part.* 14. *dec.* 268. *num.* 14. = *ubi singula per se non sufficerent, omnia tamen simul juncta pro plena, & sufficienti probatione deserviunt, & dec.* 387. *num.* 10., *& cor. Falconer. Tit.* 23. *dec.* 8. *num.* 10.

92 Quod Moniales denique *generice, confuse, perturbateque* Dei Ancillæ *præclara opera commemorant*, isthæc objectio, quæ ab Animadversionibus in omnibus fere Causis, ex quadam objiciendi formula, proponi solet, summovetur *ex Facto, quod Expositionem Virtutum* diligenter pervolutanti innotescet.

§. V.

93 Pergunt post hæc Animadversiones *Consultorum doctissimorum* querelas exponere, *EX UNIVERSO INFORMATIVO PROCESSU nihil plane luminis sibi eruere licuisse ad veritatem confirmandam præcipuarum Epocharum vitæ Servi Dei*, quæ in præterita statutæ fuerunt Responsione *pag.* 6. §. 19. *ad tot.* §. 25.

94 At, si Consultores doctissimi posteaquam *universum* revera, ut Animadversiones ostentant, evolvissent *Informativum Processum*, in istiusmodi querelam erupissent, nobis quidem maximopere dolendum esset, eas statuisse Epochas, quas Processus vox non confirmaret. Quemadmodum vero iidem doctissimi Consultores, præter ea tantum quæ ex eodem Processu in Summarium transcripta sunt, reliquorum, quæ in universo amplissimo Processu Informativo continentur, legerunt oppido nihil, immo, quumnunquam in eorum manus venerit, ne legere quidem potuerunt, atque Epocharum constitutio *non* quidem *in Summario*, sed in testimoniis *in Processu* existentibus in idem non relatis Summarium, firmata a nobis fuerit, ut in præteritis Responsionibus *pag.*6.§.19.,*& seq.*, patiantur sodes iidem doctissimi Consultores nostram in eos justissimam retorqueri querelam, quod ea redarguerunt, quæ non norunt.

95 *Si de priori Epocha sit sermo* [sic loqui pergunt Animadversiones *pag.* 5. §. 13.) *in maxima rerum, actionumque ad eamdem pertinentium obscuritate versamur, nec aliquam abesse suspicionem, quod illusionibus per id temporis fuerit obnoxia Ven. Virgo, clarissime ostendunt cum cetera testimonia in Summario, in Elencho, in præterita Defensione laudata, tum ea potissimum, quæ commemorat Servæ Dei germana Soror Summar. pag.* 105. §. 35. *&* 36.

96 Prima autem istiusmodi objectionis pars *ex Facto* diluitur, quo constat, priores etiam Dei Ancillæ vitæ ætates præstantibus, heroicisque refertas esse virtutibus, quarum nonnullas *in sæpius memorata Expositione* prodidimus sub peculiari Titulo *De prioribus Vitæ Servæ Dei ætatibus ex pag.* 2. *ad pag.* 20., ac reliquas virtutes, utpote ad omnes ætates productas, ne earumdem repetita commemoratione, quæ ad diuturni Habitus præstantiam comprehendendam necessaria erat, amplissimos PP. fastidiremus, una complexione devinctas discrete ex cujusque Virtutis ordine distributas

per-

percensuimus ibidem *sub Titulis de Fide, Spe, Charitate, aliisque*; quas singulas iterato proferre, & longum esset, & minime necessarium.

97 Altera pariter objectionis pars *de aliqua Illusionum per hæc tempora suspicione*, fundamenta, aut initia, quibus excitetur, habet nulla. Atque ea imprimis posthabenda sunt testimonia, quæ in *Summario*, *in Elencho*, *in præterita Defensione* laudantur, quippe quum nulla in Animadversionibus peculiariter indicata fuerint, sintque idcirco *testimonia cœca*, ut ea recte vocant Fabrotus *ad Cujacii Paratitla Cod. Tit. de Probat*, Barclajus *de Iurejur. apud Ever. Otton. Thesaur. Iur.* Rom. *Tom.* 3. *col.* 913. & Donatus *in Andriam* Terentii *Act.* 5. *Scen.* 4. *vers. Multi alii in Andro audivere*, ea per sese ad arguendum quod suspicantur, inepta atque inania deprehenduntur.

98 Illud igitur unum disquirendum est, utrum ne isthæc Illusionum suspicio locum habeat *in cit. Summario*, ubi aliquo queat ipsa modo consistere. Hæc autem sunt prædicti Summarii verba *pag.* 105. § 35 *&* 36 = *Mi ricordo, che una volta (e ciò faccio non senza gran pena, quando me ne ricordo) per un dispiacere, che io, e la mia Sorella gli diedimo, perche sentivamo dire tante cose della medesima, la importunavamo, che si facesse di bel nuovo esaminare, se bene sapevamo noi la gran diligenza, che praticarono in esaminarla molti, e segnalati Teologi, e ci rispose certe parole, che contenevano un sì gran sentimento, che da quelle noi rilevammo benissimo, quanto essa si trovasse priva di qualsivoglia consolazione esterna, ed interna, perche non aveva Confessore, ne persona, che potesse esserli di qualche sollievo. Nell' interno patì molto, perche Dio la lasciò tanto derelitta, che dei favori, e grazie ricevute unicamente gliene rimase la memoria, gli dava bensì nostro Signore tale animo, e fortezza, che sembrava avere il cuore di acciaro, talmente che tanti combattimenti, che pativa non l'abbattevano.*

99 Ecquodnam in hoc testimonio verbum, quod ullam vel levissimam commomoveat Illusionum suspicionem? Quis non intelligit, hunc, quem Germana memorat Ven. Virginis statum, eum quidem fuisse *ariditatum, & desolationum*, quo dilectissimas sibi animas magis magisque purgare solet Deus, ut majus gratiæ augmentum, ampliorem rerum Divinarum cognitionem, præstantiorem humilitatem, & fortitudinem, ardentissimam Charitatem, atque ab omnibus etiam spiritualibus avulsæ deliciis, intimam, arctissmamque cum eo unionem consequantur? Hunc paucis describere animarum statum rei magnitudo non sinit, multis non est necesse. Hoc breviter dicimus, quod in parte *inferiori* omni sensibili privatur homo dulcedine; fontes gratiarum exsicantur, vertitur æstas in hyemem, & qui potabatur fonte voluptatis, repletur amaritudine, dicens cum Tobia 5. 12. = *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen Cœli non video*, & cum Isaia 15. 6. = *Aruit herba; defecit germen, viror omnis interiit*. In parte vero *superiori* caligine mens obscuratur, densissima, languet voluntas, nullum nec in Deo, nec in spiritali Magistro, nec in quibusvis aliis creaturis, solatium inveniens, aut adjumentum; ut copiose de hisce desolationibus agunt S. Joannes a Cruce *in obscura nocte Animæ lib.* 1. *cap.* 11. *& seqq.*, *& lib.* 2. *cap.* 5. *& seqq.*, Card. Bona *de Discret. Spirit. cap.* 13. §. *V. & seqq.*, ac frequentissimi Mystici Doctores.

100 Sunt autem hæ desolationes, & ariditates, Divinæ singularia munera providentiæ, solidæ experimenta virtutis, certissimaque maximi erga nos Divini amoris, nonnisi per Fidem percipienda, argumenta & indicia; atque

que hisce tribulationibus incipientes, proficientesque non tantum, sed ipsi solent etiam obnoxii esse perfecti, Matthæuc *in Prax. ad Caus. Beatific. Tit. 2. cap. 4. num. 27.* = *Deus interdum sibi charos purgat ariditate spiritus, eis subtrahens gustus, spiritualesque delectationes*, Bened. XIV. *lib. 3. cap. 30. sub num. 19* = *non solum incipientes, sed etiam proficientes, & PERFECTOS hisce tribulationibus obnoxios esse*, & late Card. Lauræa *Opusc. 6. de Oratione cap. 8.*

101 Demiranda vero est illa animi excelsi, atque invicti magnitudo & robur, quod = *sembrava avere il cuore di acciajo, talmente, che tanti combattimenti, che pativa, non l'abbattevano*; cujusmodi fortitudinem maximi ad rem nostram faciunt S. Jo. a Cruce *cit. lib. 2, cap. 16. §. Fit.*, & Card. Bona *cit.* §. V.

102 Quid autem hic status, in quo tum Dei Famula versabatur, cum suspicione Illusionum? Quid, quod ejus spiritum, diligenter examinatis motionum principiis & affectibus, perpensisque regulis, quas Sacræ Literæ præscribunt, Sanctique PP., aliique Doctores tradiderunt, permulti jam probarant ad consilium adsciti sapientissimi, expertissimique Theologi? *sapevamo noi la gran diligenza, che praticarono in esaminarla molti, e segnalati Teologi.*

103 Sed hoc *Consilium*, Animadversiones ajunt §. 14., *quod de Spiritu S. D. viri Theologi numero duodecim consulti habuerunt, cui Ven. Dorotheæ ætati adscribendum est, & cujus auctoritate coetus ille Theologorum coactus fuit?* Habitum vero idem fuisse consilium, quum Dei Ancilla *decimum octavum* ætatis annum ageret, expressis verbis ejus Germana Soror testatur *in prædicta Expositione Virtutum pag. 8. sub* §. 10.

104 Nec quidquam contra facit, quod ab iisdem Theologis *instituta etiam fuit disquisitio de valore Voti, quod Dei Ancilla infantula Deo nuncupavit præligendi semper, quod ei gratius existimaret*, atque ideo idem Consilium *superiori* adscribendum videatur *ætati*; Præterquam quod enim hæc secum recte convenire possunt, & quod Dei Famula prædictum Votum diu antea nuncupaverit, & quod de eodem instituta a Theologis fuerit consultatio decimo octavc ejus ætatis anno.

105 Verum, dum Testes, quorum nullus *de certa scientia* testatur, sed cuncti sunt *auriti* tantum, eamdem Dei Ancillam Votum emisisse referunt, = *essendo ben anche di tenera età nei di lei teneri anni*, ut *in dicta Expositione pag. 6.*, ejusmodi *teneræ* ætatis nomine non certus annus designatur, sed, ex vulgari loquendi more, eae comprehenduntur ætates, quæ Iuventutem prægressæ erant; præsertim quum hoc nomine usi fuerint de Ancilla Dei loquentes, quæ in summa *sexaginta quinque annorum* senectute decesserat, ut bene cum Cornel. Celso Zacchias QQ. Medico-Legal. *lib. 1. Tit. 1. quæst. 6. num. 15.*, Albericus de Rosata *Dictionar. Jur. verb. Tenera aetas* ibi = *TENERA ÆTAS aliquando OCTODECIM ANNORUM, aliquando viginti quinque annorum*, Glossa *in l. Non tantum ff. de Decurion. verb.* = *qui teneræ ætatis* ibi = *UT MINORES VIGINTI QUINQUE ANNORUM*, & Ovidius *Eleg. ult. lib. 4. Tristium* sic cecinit.

Cepimus & teneræ primos ætatis honores.

106 Atque ideo, quum Consultationem habitam fuisse constet ætatis Ancillæ Dei *decimo octavo*, atque in eadem Consultatione de hujusce etiam ab ea emissi Voti implemento, vel irritatione, actum fuisse, ut *in cit. Exposit. pag. 6. §. Et de Theologorum adprobatione*; utique huic ipsi XVIII., proximove, anno prædicti Voti nuncupatio est omnino adscribenda, ex tritissimis

ſimis Juris principiis, quibus edocemur, Teſtem alicujus rei annum diſtincte non memorantem, declarari ab alio Teſte, qui illum ipſum nominatim exprimit, quo cum cenſeri debet convenire, Rot. *rec. part.* 11. *dec.* 188. *num.* 21., *& ſeq.* = *Cum primus Teſtis deponat de tempore, hoc ſufficit, ut alii Teſtes genericee deponentes cum eo in tempore conteſtes præſumantur &c. Dictum Teſtis non deponentis de certo tempore declaratur ex alio Teſte, qui de illo deponit*, cor. Gregorio XV. *dec.* 344. *num.* 13. = *Teſtis loquens confuſe de tempore debet judicari conteſtis cum aliis probationibus certum tempus determinantibus*, & cor. Peutinger. *dec.* 213. *n.* 5.

107 Cujus vero auctoritate & imperio coetus ille Theologorum coactus ſit, Dei ne Famula, an Confeſſario, aliove exoptante, inquirere nil intereſt: hoc refert quidem maxime, omnes eoſdem duodecim ſpectatiſſimos Theologos in unam conveniſſe ſententiam, quod ſpiritus, quo Ven. Virgo ducebatur, rectus, ſanctus, atque ex Deo eſſet = *tutti eſi vennero nel ſentimento unanime, e conforme, di eſſer quello un buon ſpirito*, ut in dicta *Expoſit. Virtut. pag.* 9. *poſt init*: quoque de edito ab ea majoris perfectionis Voto = *Riſolſero, che lo adempiſſe, dicendo eſſi, che alla perſona, a cui Dio aveva dato tali impulſi in sì tenera eta, gli darebbe forza per adempirlo; e così appunto ſeppe il Dichiarante*, (Confeſſarius S. D.) *che l'usò, & adempì con pontualità nel tempo, che communicò colla medeſima fino a tanto, che morì*; ut in dicta *Expoſit. pag.* 6. *poſt. med.*

108 Redeunt Animadverſiones ad arguendam *expoſitarum Epocharum confuſionem* in eo, quod illam vitæ S. D. partem reſpicit, *quum ſola, remotis arbitris in ſummitate Ædium tranſegiſſe ducitur in oratione, & jejunio, pro novo jure, ac regula vitæ ſtatuendis*; propterea quod Proceſſus Informativi Teſtis IX *ſeceſſum illum affigit patris ædibus, quum infans adhuc eſſet*, ac Teſtis LXXI. *collocat in domo Aloyſiæ de Abrego, apud quam commorabatur Dei Famula anno ætatis ſuæ trigeſimo*, ut in *Animadv. pag.* 6. *ſub* §. 14.

109 Verum jactata *Epocharum confuſio* non equidem eſt in re ipſa, quam, ut eam ex antiquo Proceſſu, peculiaribus de his Epochis Interrogationibus deſtituto, eruere licuit, vere ſancteque expoſuimus, ſed in minus recta Teſtium intelligentia, confuſioneque verborum = *Cella*, *& Loggia*, quæ in utriuſque teſtimonio leguntur, unice verſatur; Quandoquidem citati Teſtes non de uno, eodemque ſeceſſu: non de una, eademque ſeceſſus cauſa: non de uno, eodemque tempore; ſed de penitus loco, tempore, cauſa diverſis rebus loquuntur.

110 Et Teſtis porro IX. loquitur de ea ſolitaria vita, quam Dei Ancilla *puera in paterna domo* ducebat, non jam pro meditati novi Religioſi Inſtituti regulis ſtatuendis, ſed ut, a cujuſque communicatione ſecreta, ſuo liberius vacaret Deo = *in una picciola ſtanza a guiſa di Cella, che a ſua iſtanza gli fecero i ſuoi Genitori nella loggia della loro Caſa, e faceva altre penitenze, tagliandoſi i capelli, ed andando ſcalza Summar. pag.* 18. §. 57., cujuſmodi ſolitariam patriis in ædibus vitam plures alii referunt Teſtes in dicta *Expoſitione* citati *pag.* 6. §. 7. *& pag. ſeqq.*

111 Teſtis vero LXXI. de eo loquitur ſeceſſu, quem, poſteaquam adoleſcentiam exceſſit, *non in paterna commorans domo*, ſed in ea piiſſimæ Feminæ Aloyſiæ de Abrego, novi Conventus fundationem mox inſtitutura, peregit = *Stando la ſteſſa Serva di Dio in caſa, ed in compagnia della ſteſſa D. Luiſa di Abrego Zia della Deponente colle ſuccennate ſue Sorelle, ed altre Signore, che ſi erano congregate per la fondaz.one di un Convento, in cui ſi viveſſe con molto ritiratezza, e penitenza &c., ſeguì, che la*

detta Serva di Dio si ritirò in una piccola cella, che stava sulla loggia della casa, che aveva attaccata alla cappella del Rosario del Convento di S. Paolo dell' Ordine di S. Domenico, non vedendola la Deponente non solo nell' ora del pranzo, ma ben anche in quelle, nelle quali già mangiavano, e recitavano in communità, ed a guisa di Religione, la Deponente interrogò la detta sua Zia, per sapere ove stesse la Serva di Dio, la quale gli disse, che si era ritirata a scrivere la Regola, che dovevano osservare le Religiose sotto l'Istituto di S. Domenico, a cui aggiunse rigori, e vi fece alcune addizioni, delle quali ricordasi la Deponente, sapendo che stiede in detto ritiro per il tempo di quaranta giorni, digiunando in pane, ed acqua, ricordandosi benissimo, che passando presso la cella, vedeva il pane, e l'acqua, che gli lasciavano ivi, senza che la Serva di Dio lo prendesse; qua cum permulti concordant Testes in dicta Expositione *pagin.* 25. *& seqq.*

112 Post hæc Fidei Promotor ad ea pertransit, quæ videntur *ad Virtutes* pertinere; de quibus vero dum disserit, nonnulla animadvertit, quæ opportuniorem sibi locum in hoc *Probationum capite* vindicarent. Ne autem servatum ab eo ordinem intervertamus, præstantissimique PP., dum longe post objecta audituri sunt, aut eorum prætermissam a nobis refutationem arbitrentur, aut ad superiora, maxima studii interturbatione cogantur recurrere, hoc Caput concludimus; cetera, quæ de Probationibus objicientur, suo, quo proponuntur loco, diluturi.

CAPUT SECUNDUM.

De iis, quæ objiciuntur contra Virtutes.

§. I.

113 MUltis Animadversionibus aggrediuntur cogitatam a Dei Famula, susceptam, atque absolutam Monasterii Monialium S. Dominici Fundationem, verentes ne hac in re *illusa, atque decepta* dici debeat; quæ quidem ne longam rem faciamus, singillatim potius, inque plura ex rerum, temporumque ordine dispertita capita, quam universa recitabimus; cunctaque nullius esse momenti facili responsione ostendemus.

114 Ab eoque exordiendum, quod Ancilla Dei *de mentis levitate, atque inconstantia* reprehenditur *quæ ab Augustinianis Directoribus discedens, S. Francisci vestem induit, Seraphicumque Institutum amplexa, ac diu professa est: moxque desertis Franciscanis, ad Dominicanos accessit, veterique deposito, novum habitum induit*, ut in §. 15. & 16.

115 Injuria vero Dei Famula *mentis levitatis, & inconstantiæ arguitur.* Habuit primum quidem Directores Augustinianos, a quibus non discedens, sed, quoniam in remotas commigrarunt regiones, derelicta, Dominicanos adivit: Franciscanos autem Directores nusquam habuit; ut in *Proc. fol.* 78. *ter.* ubi Germana S. D. sic ait = *siccome a questi Confessori Agostiniani occorse dover partire per Castiglia, perciò cominciò essa allora a confessarsi con Calaorrano, col Maestro Montero, e col Maestro Soria*, cunctis quidem Dominicanis, & fol. 92. = *Il mezzo, che Dio tenne per trasportarci da S. Agostino a S. Paolo fu quel, che si dirà in appresso, lo che non ci passava neppur per pensiere, fol* 124. *ter.* = *Il Re D. Filippo Terzo mandò a chiamar e il Maestro Castroverde per suo Predicatore, ed il*

 Mae-

Maestro Fra Marcello di Lebrixa (uterque Augustinianus) *si portò alla Provincia di Castiglia, e siccome la di lui assenza doveva durare per tutto il tempo della sua vita &c.*, & fol. 126. = *Veduto, ch' ebbe la nostra Madre, che Dio gli aveva levati i Confessori, che teneva in S. Agostino, e gliel' aveva dati in S. Paolo &c.*, Ecclesia PP. Dominicanorum.

116 S. Francisci autem vestem multos certe annos induisse, atque ejus etiam Regulam diu servasse fatemur; at a veritate ea penitus abhorret assertio, quod *Seraphicum Institutum amplexa, ac diu professa fuit*; Aliud namque est Franciscanum habitum gerere, Regulamque servare, quod ab una Dei Famulæ erga eumdem Sanctum devotione proficiscebatur; Longe vero aliud Seraphicum Institutum profiteri, quod nunquam professa est.

117 Quamquam vero postea Dominicanum habitum induit, non ante tamen id fecit, quam, ob peractam Asceterii Ordinis S. Dominici fundationem, plane necesse fuit, ut ex Teste XVII. Proc. Ordinar. *fol. 772. ter. in fin., & seq.* = *la vidde molto divota del glorioso P. S. Francesco, e la prima volta, che la vidde &c., la Serva di Dio portava il suo abito, e cordone, e lo portò fino tanto, che gli diedero quello del glorioso P. S. Domenico, il di cui Istituto professò.* Numquam vero animum, cogitationemque suam a S. Francisci Regula avocavit, sed nonnulla in eadem præscripta PP. Dominicanorum Regulis adjecit.

118 His cognitis, perpensisque, utrum Animadversiones Dei Ancillam *de mentis levitate, inconstantiaque*, jure, an secus, reprehendant, vos probe intelligitis, præstantissimi Patres.

119 Ad alteram objectionem venimus, Servam Dei *Additamenta multa, & gravia Dominicanis Constitutionibus* fecisse, quod iisdem Constitutionibus a Summis Pontificibus approbatis vetitum erat, atque ex novi Asceterii Regula ab se *ex Franciscana, & Dominicana conflata, & mixta, nil aliud effecisse, quam diversum a Dominicano Ordine, novumque in Ecclesia Dei Institutum*, ut late sub §. 15. 17. & 18.

120 Sed quamquam ad istiusmodi objectionis nervos omnes elidendos ea plane sufficit responsio, quod, quomodocumque Regula, quam Dei Famula pro novi Asceterii fundatione conscripsit, ex *Dominicana* fuit, *Franciscanaque conflata, & mixta*, quum ea a Summo Pontifice approbata fuerit, (prout hac de re inferior erit sermo) nullam porro fas est de ea instituere quæstionem.

121 Maximum præterea discrimen intercedit inter Dominicanarum Regularum Constitutionumque immutationes, & additamenta, quæ hujus Ordinis Moderatores pristinum commutare studentes Institutum, quod professi fuere, voveruntque, conantur, atque additamenta illa, quæ ab Extraneo novam Fundationem meditante peragitur. Primum porro Apostolicis ejudem Ordinis Constitutionibus unice vetitum esse scimus: Alterum vero non item.

121 Quid enim, quum de nova agitur Fundatione, prohibet, hujus Leges, vel a duabus jam approbatis Regulis petere: aut alterutri, quæcumque sanctioris disciplinæ ratio suadet, facere additamenta? Porro in his spectatur, quod præcipue intenditur, inque novæ Fundationis leges maxime transfertur, non quod eis per quamdam accessionem adjicitur; quum additamentum rei principalis naturam sequatur, atque ex majore, præstantioreque parte res æstimetur, ac denominetur; ex notissimis utriusque Juris axiomatis *in Cap. Accessorium de Reg. jur. in 6., & in L. Etiam*

Cod.

Cod. de jur. dot. & communi DD. ſententia; & ad rem noſtram Paſſerin. *de Statib. homin. Tom. 3. qu.* 188. *art.* 1. *num.* 24.

122 Et ſane Monaſterium a Dei Famula fundatum, fuiſſe, atque eſſe, *Ordinis Excalceatarum S. Dominici*, uno ore Ordinarii, atque *Apoſtolici* narrant Teſtes; quibus accedit Archiepiſcopi Hiſpalenſis, ceterorumque Judicum Remiſſorialium graviſsima, certiſsimaque teſtificatio, quæ legitur *Proc. fol.* 8., atque res ipſa, quæ permanet, ita publica, manifeſtaque eſt, nemini ut dubia eſſe poſsit.

123 Inquirendum eſt modo, quo ſpiritu Dei Ancilla ad hanc peragendam Fundationem mota fuit, *muliebri* ne, ut Animadverſiones aſſerunt, *imaginatione*, ac quadam *illuſione*, atque *deceptione*, an potius, ac omnino *ſpiritu Dei*? Etſi autem ſuperfluum in hoc caſu hujuſce videtur ſpiritus inquiſitio; quippe quod non de aliqua re agitur, quæ vix honeſtari poſſet, niſi in illum refunderetur, qui eſt Conditor legum, ſed de Fundatione ſacri Aſceterii, in quo perpetuo ſub arctiſſima diſciplina ſe Deo devoverent Virgines, uni viro ſe caſtas exhibentes Chriſto; adeoque de re ſine ulla hæſitatione ſanctiſſima, quæ niſi a ſpiritu Dei proficiſcitur, ut recte monet Card. Bona *de Diſcret. Spirit. cap.* 6. *§.* 3. *num.*1.

124 Verum præterea ſpiritu Dei permotam fuiſſe Ven. Dorotheam, *ſive* id ſpectetur, quod de ſemet ipſa teſtatur: *ſive* ejuſdem Fundationis finis: *ſive* ea, quæ eamdem Fundationem præceſſerunt, & comitata ſunt; *ſive* cetera denique adjuncta, tam cuilibet certum eſſe debet, quam quod certiſſimum; de quibus breviter diſſeremus, quum longiorem perſpicuitas rei non poſtulat orationem.

125 Hæc de ſe ipſa narrat Dei Famula in quadam Epiſtola ſuo ſpiritus Directori ſcripta Proceſ. fol. 31. ter. = *chiamando Noſtro Signore una Donzella con efficaciſſime iſpirazioni, e chiamate alla ſolitudine, ed alla vita auſtera, e communicato ciò da eſſa alli ſuoi Confeſſori a queſto fine eletti, che erano li più dotti, e ſpirituali, che avevano fama in Città, col di loro parere ſi ritirò in una ſtanza appartata dalla communicazione della gente nella Caſa delli ſuoi Genitori, e ſi applicò ad una perpetua orazione, e digiuni eſtraordinarj, non trattando con veruno. A capo di alcuni anni, che perſeverò con queſto tenore di vita GLI FU MOSTRATA CON GRAN LUCE LA DIVINA VOLONTA', CHE SI FONDASSE QUESTO CONVENTO, E CON QUESTE COSTITUZIONI.*

126 Et de auditu ab eadem Dei Famula Teſtis V. Proc. Ord. Summar. *pag.*46. §. 58. = *la detta Serva di Dio inſtata dalla Dichiarante, gli diſſe, e raccontò molto minutamente le prime mozioni, ed intenzioni avute da eſſa per effettuare queſta fondazione, avergli noſtro Signore commandato, che ſi ritiraſſe, e faceſſe orazione sù di ciò, e ſiccome nei principj di queſto ſuo ritiramento non giungeva a perſuaderſi, e riſolverſi, ſembrandogli, che una coſa così ardua, e difficile, quale era la fondazione di un Convento ricercava un'altro ſpirito, e forze più potenti, vedendoſi per altro SEMPRE PIU' OBLIGATA, E CON MAGGIORI IMPULSI DEL CIELO per ultimare quel, che aveva cominciato, animata altresì dalla parola, e ſicurezza di noſtro Signore, che foſſe per ajutarla in un tal negozio, ſi ritirò.*

127 Et porro, qui Divino permovetur inſtinctu, *ſentit in ſe* (ſunt verba Card. Bona de Diſcret. Spirit. cap. 7. num. 6.) *teſtimonium Spiritus Sancti vocantis, & trahentis, atque intus docentis, quod a Deo certiſſime incitetur*, & *num.* 7. = *qui Spiritu Dei aguntur, quoddam habent experimen-*

 tum

tum Divinæ erga se providentiæ , sibique a Deo tantum imponi pondus intelligunt , & cap. 20. §. 5. num. 4. = *Dei munus est , mentem illustrare ut certo sciat , Deum esse , qui loquitur .*

128 Quis vero ejusdem esset Fundationis finis , in hæc ab eadem Dei Ancilla verba describitur *in cit. Epistola Proc. fol.* 32. = *esser volere di sua Divina Maestà con questo Convento porgere rimedio ad altri Conventi , e ben anche alle necessità del Popolo con il suo esempio , colla sua orazione perpetua , penitenza , e mortificazione ordinaria , e che la detta Casa , ove non vi sono leggi mondane , intieramente si regoli colle Divine , e che l'unico suo fine sia il seguire perfettamente il nostro Redentore , ed in tutto avere di mira la di lui Gloria , e dargli gusto in tutto , col procurare il bene delle Anime , parlare con perfezzione , e tutte unite impiegare in ciò tutta la nostra cura , scordate di tutto il rimanente : QUESTO E' IL FINE DI QUESTA FONDAZIONE , e quel tanto , per cui fatighiamo notte , e giorno ; E la causa del fatigare , acciò si fondi , oltre il fin qui detto , si è il sentimento di trovarci obligate in coscienza di fatigare per questo fine sino alla morte : Quel , che dico di un tal negozio è verità in Confessione , come à mio Prelato , e Signore , acciocchè sapendo l'origine , e spirito di questo caso si risolva ella à praticare quel , che più convien fare per maggior servizio di Dio Nostro Signore , desiderando Io che sia sicura la mia coscienza ora , e nel giorno del rendimento di conto , che mi chiederà Nostro Signore .*

129 Et fol. 33. = *Essendo di somma importanza per la gloria di Dio Nostro Signore , e di suo maggior gusto , cioè esservi un luogo , in cui vengano allevate Anime perfettissime , le quali sempre stiano innanzi Sua Divina Maestà in orazione per il popolo , e per tutta la Chiesa* ; & de auditu ab eadem Serva Dei Testis VI. *Summar. pag.* 95. §. 51. = *solendo dire* (Serva Dei) *nei Capitoli , allor quando parlava con esse , che stassero attente , perchè Nostro Signore non aveva fondato questo Convento acciò ve ne fosse uno di più in Siviglia , bensì* ACCIO' CHE FOSSE QUESTA CASA UN GIARDINO , *IN CUI SUA DIVINA MAESTA'* SI *RICREASSE .*

130 Anteaquam Ven. Virgo , pecunia , patronis , ac quocumque humano penitus destituta præsidio , hoc maximum difficillimumque opus aggrederetur , posteaquam multos jam annos eximia integritate morum , assiduo orandi studio , præclarisque virtutum operibus se præparaverat , clarissima sibi a Deo infusa luce intelligens , arctius ab eo Monialium vivendi genus exoptari , quam ordinarium Ordinis Prædicatorum Institutum præscribit , auxilium a Patre luminum , in solitariam secedens cellulam , ac quadraginta ipsos dies pane tantum & aqua , imo nullo fere cibo , transigens , terque quotidie flagro se cruentans , ferventissimaque Oratione , aliisque piis operibus implorans , *Additiones* illas exaravit Dominicanorum Regulæ , Constitutionibusque adjiciendas ; ut late *in Expositione Virtutum pag.* 25. *ad pag.* 27.

131 Quumque eaedem Additiones in P. Monterii manibus deperierint , intelligens vocem Domini , qui = *di nuovo gli avea ispirato , , che tornasse a fare le sudette Costituzioni , e perciò vedendosi coi medesimi impulsi* Summ. *pag.* 46. *in fin. & seq.* , illas denuo conscriptura eumdem quadraginta dierum secessum , orationes , afflictationes , ceteraque recte facta repetiit ; ut in dicta *Expositione Virtutum loco citato .*

132 Ad ejusmodi Asceterii fundationem impediendam gravissimarum excitata fuit tempestas adversitatum , quæ cujusque etiam fortissimi viri penitus fre-

fregissent animum; At Serva Dei peculiari Dei gratia adjuta, nil quidquam deterrita, propositum, institutumque opus exequi perrexit, atque his omnibus summa virtute superatis, eamdem Fundationem ad optatum exitum felicissime perduxit; de quibus copiose *in d. Expositione p.27.§.26. ad pag. 31.*

133 Quod quidem a cunctis summam, valdeque arduam, plenamque negotii, laborisque provinciam considerantibus peculiari Divinæ virtuti, ac etiam attributum fuit Miraculo, ut ex Germana Servæ Dei *Proc. fol.156. ter.* = *in molte occasioni mostrò Nostro Signore quel molto, che gli piaceva circa la Fondazione di questo Convento, mentre volle, che si facesse, non ostanti tante contradizioni, che vi furono &c, le quali erano sufficienti ad annichilire, e disfare molte fondazioni, quanto più poi una fondazione, la quale era tanto priva di ogni umano favore; l'aveva bensì da Dio, il quale tanto la favoriva nello spirituale, e temporale.* Testis XIII. *Procc∫. fol.675.* = *Nostro Signore Gesù Cristo &c. la fece riuscire felicemente in tutto a dispetto degli Emoli, che questa Fondazione ebbe, ed in fine SI OTTENNE COME OPERA DI NOSTRO SIGNORE*, Test. XVII. *Proc. fol.781. ter.* = *il Signore, non ostante queste, ed altre emulazioni fece vedere quel che desiderava, vale a dire la fondazione di questa Santa Casa, ove viene servito con tanta perfezione*, & Test. LVII. P. Belazquesio Ord. Carmelit. *Proc. fol.1089.* = *fondando detto Convento MIRACOLOSAMENTE*; quibus accedit ipsa Dei Famula cit. Epistola *Process. fol.34. ter.* = *SOLAMENTE PER VOLER DI DIO si è fatto ciò con la contradizione di tutto l'Inferno.*

134 Eadem vix exorsa Fundatione, ingens Virginum numerus ad se Deo in hoc Asceterio devovendas, Domino earum corda permovente, confluxit; ut in citata Servæ Dei epistola *Process. fol. 33. ter.* = *Una delle cagioni, che ravviva in me l'anzietà di veder finito ciò, si è, vedere il gran numero dianime, che nostro Signore ha mosse con vivi desiderj di entrare quì a servire Sua Divina Maestà.*

135 Quantæ vero, simul atque idem Asceterium ingrederentur Virgines, quamque præclaræ in earum animas utilitates redundabant, testes erant Confessarii, de quibus sic ait Serva Dei *in sæpe citata epistola Proc. fol.34. ter.* = *insisto in ciò vedendo il gran frutto delle anime, che quì sono, come lo dicono li Confessori, che le confessano, li quali si ammirano del cambiamento, che fanno nell'entrarvi, di quel che Dio infonde nelle loro anime, e del frutto, che ridonda nelli Confessori, e nelli Circostanti.* Quantum Divini cultus augmentum: quanta ante *Augustissimum Sacramentum* diurna, atque nocturna Oratio: quantæ pro Catholicæ Religionis propagatione, proque peccatorum conversione, dies noctesque preces: quantus præstantissimarum rerum cumulus ex eadem Fundatione profectus est, locupletes produnt Testes citati in dicta Expositione Virtutum S.D., præsertim *pag.16. §.17., p.17. §.19., p.79. §.62.*

136 His autem Fundationis initiis, mediis, atque extremis, penitus intellectis, erit ne, qui Dei Famulæ Institutum *muliebris imaginationis fœtum, illusionemque* cum Animadversionibus dicat, *atque deceptionem*? Plane, ni cunctæ funditus evertantur regulæ, quas Auctores *de Spirituum discretione* agentes tradidere, nisi ipsa a nobis recta cogitandi, judicandique ratio ablegetur, dilucet, patet, intelligimus, ac videmus, quidquid de hac Fundatione Dei Ancilla cogitavit, egit, gessit, explevit, id eam cogitasse, egisse, gessisse, explevisse spiritu Dei.

137 His, quæ hactenus proposuimus, facilis nobis patefactus est aditus ad eam re-

refellendam Dei Ancillæ reprehensionem de *minus humili, obsequentique Confessario, ac Dominicanis Superioribus animo, a queis semel iterumque reprehensa, atque repulsa, Institutum suum tueri, ejusque urgere executionem non destitit*, ut in *Animadvers. sub* §.16.; Etsi enim *Superioribus Dominicanis*, atque *P. Monterio ejusdem Ordinis* Dei Famulæ Confessario, Additamenta ad Dominicanas Constitutiones ab hac conscripta non arriserunt: non arriserunt autem, quod nollent ullas ad Dominicanum Institutum fieri additiones; non ideo tamen Dei Famula, quæ Divinam probè norat voluntatem, horum animi passione affectorum acquiescere debebat desiderio, sed Deo potius obedire, cujus sine reatu negligere non poterat internas, manifestasque motiones; quemadmodum docent S. Gregorius *Moral. lib.6. cap.*12. *ad fin.*, S. Bernard. *Serm.*26. *de Diversis* §.3. Contensonius *Theolog. mentis, & cord. lib.6. Dissert.*2. *cap.*1. *Speculat.*3. §. *Tunc ergo = Divinæ voluntati conformari tenemur, quando innotescit per afflantis spiritus inspirationem*,& Inguimbert *Theolog.Claustri Tom.* 3. *pag.*81. = *essendo la volontà di Dio una legge, che obbliga, quando sia evidente, e chiara, si può egli credere, che l'uomo, il quale la conosce, e manca di abbracciarla, non pecchi, mentre il peccato non è altro, che un azzione, o un portamento contrario al Divino volere?* Quocirca recte Dei Famula eidem P. Monterio de ejusmodi Asceterii fundatione humiliter ita respondit = *Disse al Testimonio, che ciò, che il Signore Iddio gli comandava interiormente, non poteva tralasciare di adempirlo*, ut idemmet refert P. Monterius *Proc. fol.*224.

138 At, quamquam sæpe memorata Additamenta nec Superioribus Dominicanis. nec P. Monterio probabantur; probata tamen fuere nonnullis ejusdem Dominicani Ordinis spectatæ sapientiæ, virtutisque Viris, & Dei Famulæ Confessariis, quos inter peculiariter nominandus P. Magister Alphonsus Osorius, qui easdem Additiones non probavit tantum, sed omni enisus fuit studio,ut ab Apostolica Sede approbarentur,easdemque idem ipse Romam veniens secum tulit, ut narrat Germana Servæ Dei *Proc. fol.* 96. *ter.* = *siccome la Regola scritta dalla medesima Madre &c. la involò il Maestro Montero, fu necessario, che la sudetta tornasse &c. a scrivere un'altra volta la detta Regola, la quale veduta, ed esaminata DAL PRESENTATO SORIA, E DA ALTRI RELIGIOSI, che vi erano nello stesso Convento* (S. Pauli Ordinis Prædicatorum) *vomini di gran santità, e dottrina, e DAL MAESTRO OSORIO, CHE FU' QUELLO, CHE LA PORTO' A ROMA, questi l'approvarono come buona, e perciò fu ordinato tra quelli Padri, che si ponesse in esecuzione*; ac testatur Dei Ancilla *in sæpedicta epistola Process. fol.*32. = *gli fu mostrata con gran luce la Divina volontà, che si fondasse questo Convento, e con queste Costituzioni, lo che i Confessori esaminarono per lo spazio di molto tempo, e furono di sentimento, che si chiedesse ciò al Sommo Pontifice, il quale per Divina grazia l'accordò*, & Sum. *pag.*51. *post init.*

139 At inquiunt Animadversiones *pag.*7. *sub* §.18. = *Theologos, Jurisque Peritos ab Archiepiscopo Hispalensi super nova Fundatione consultos, omnes ad unum Venerabilis Dorotheæ consilium, novaque jura ab ea condita prima vice statim improbasse; quin causæ rationesque nobis innotescant, quæ ab novissimo Suffragantium in prædicta consultatione pro Serva Dei, novoque illius Instituto in medium adductæ, ceteros omnes Adversarios ad retractandam præjudicatam causam movere, eosque in suam pertrahere sententiam potuerint*, ex Summar. *pag.*44. & *pag.* 47.

140 Sed, quamquam frustra causæ, rationesque quæruntur, quas novissimus

Suffragantium in medium protulit, dum eas tales quidem fuisse constat, quæ ceteros Consultores ad consilium mutandum perduxit; Idcirco namque plures consuluntur, quia, quum non omnibus plane omnia occurrant, rectior unius cogitandi, judicandique ratio, dissentientes prima rerum spec cie animos facile potest de priori sententia dimovere, ut inquit Ulpianus *in L. Item si unus §. Celsus. ff. de recept. arbitr.* = *potuit præsentia ejus trahere eos in ejus sententiam*; atque favorabili negotii conclusione intellecta, rationum dubitandi, quarum iidemmet Consultores senserunt levitatem, nulla facienda est inquisitio.

141 Verum in hoc casu ex eodem, unde objectio petita est, *Summario*, ejus proficiscitur dissolutio. Patet siquidem, Consultorum ab Archiepiscopo advocatorum adversam Fundationi sententiam, non equidem prædictarum Additionum a Dei Famula conditarum improbationem, rejectionemque spectasse; Iam enim Summus Pontifex facultatem Archiepiscopo impertitus fuerat earumdem rigorem pro sua prudentia moderandi, ut in certis quibusdam asperrimis rebus moderatus fuit, ut in Sum. *pag.* 47. *ante med.*; *&* *pag.* 51. *post init.*, & Proc. *fol.* 145 *terg.*; sed in quibusdam œconomicis rebus unice fuisse versatam, ut in dicto Sum *pag.*44. *sub* §.46., *&* *pag.* 47. *ad fin. & seq.*

142 Tandemque Animadversiones pag. 7. §. 19. *documentum* requirunt *Pontificiæ approbationis, confirmationisque Instituti a Dei Famula fundati, atque Hispalensis Antistitis Acta super novi Asceterii fundatione*. Perperam vero in hoc casu, quo de Asceterio agitur a *septuagesimo anno supra centesimum* fundato, quod jam inde usque, constanti, perpetuaque observantia viguit, vigetque, Pontificiæ approbationis, sine qua fundari non poterat, quæritur exhibitio; quum non solum omni jure præsumatur, ut apud Card. Petra *ad Constitut. Apostol. Tom.* 3. *pag.* 64. *n.*28. = *Privilegium Apostolicum, concurrente antiquitate temporis cum observantia, omnino præsumitur*; sed ad illud probandum soli etiam Testes *de auditu, & fama* sufficiant, Rota *cor. Pennia dec.* 1068. *n.* 1. = *Dubio per omnes Dominos discusso, Affirmative conclusum fuit, probari Privilegium &c.*; *Quod enim tale Privilegium in antiquis possit probari per publicam vocem, & famam, est decisio Rotæ apud Puteum &c., nam regulariter in materia antiqua sufficit probatio per famam*; immo quæcumque leviores probationes, adminicula, & conjecturæ admitti debent, Reiffenstuel *in jus Canonic. Tit. de Probat. n.* 66., Rot. *rec. part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 254. *n.* 48., *& part.* 19 *dec.* 270. *n.* 7.

143 Frustaque tum etiam, quum, sine Hispalensis Antistitis assensu, fundatio perfici, absolvique non poterat, hac jam perfecta, absolutaque, *Acta* requiruntur, quæ Archiepiscopi assensum, approbationemque præcesserunt; quum, sine Actorum exhibitione, sola ab eodem peracta Fundationis executio sufficiat, ex vulgatis juribus apud Rot. cor. Coccin. *dec.*1227. *n.*5., & cor. Falconer. *in Miscell. dec.*30. *n.*8.

144 Sat igitur superque sit in hoc casu, de Pontificia approbatione certis constare testimoniis *Summar. pag.*51. *post init.*, *Proc. fol.*32., ubi Serva Dei (cui fidem non præstare piaculi genus esse docet Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.*10. *num.*11., *cap.*24. *num.*61., *& cap.*30. *num.* 12. *ad fin.*) sic inquit = *si chiedesse ciò al Sommo Pontefice, il quale per divina grazia l'accordò, ed il Signor Cardinale lo ricevè*, fol.127. ter., ubi Germana Servæ Dei sic ait = *furono trasmesse a Roma, ove dal Sommo Pontefice vennero approvate*, fol. 223. ter. ubi P. Monterius = *Sa inoltre il Dichiarante, che fattasi a quest'effetto venire la Bolla Apostolica*.

Ac

145 Ac de Archiepiscopi assensu, præter *Summar. pag.* 48. *post init.*, *alibique*, liquet ex Teste XXXII. D. Joanne de Salinas Sacerdote, qui & Dei Famulæ fuit Confessarius, rerum gestarum non tantum probe conscio, sed etiam, Archiepiscopo mandante, executore *Proc. fol.* 979. *ter.* = *seppe, che condiscese alla medesima* (Fundationi) *detto Monsignor Arcivescovo &c.; sà inoltre, che per esecuzione, e principio della detta Fondazione per ordine del Deponente fu mandato a prendere la Priora, di cui si fa menzione nella Domanda, alla quale uscì incontro il Testimonio per riceverla quando giunse &c.; nel congresso, che fece Monsignor Arcivescovo per vedere, se dovesse procedere innanzi la riferita Fondazione &c. con allegra dimostrazione confermò la detta Fondazione, e le addizioni espresse nella domanda, essendo tutto ciò quel che sà il Testimonio per rapporto al contenuto in questa domanda, stante la notizia, che ha, e perche si trovò impiegato in ciò, sollecitandolo per il desiderio di vedere il fine d'una sì santa opera.*

146 Verum diligentissimi Postulatores, ut ejusmodi RR. PP. desiderium cumulatissime explerent, *authenticum* ex Hispali ad Urbem transmittendum curarunt *Documentum*, quod post hæc scripta ad nos pervenit, TUM specialis Apostolicæ approbationis a sa. me. Paulo V. per suas Litteras in forma Bullæ *Nonis Martii anni* 1607. cum inserto Regularum, seu Additionum ab Ancilla Dei exaratarum tenore, peractæ, atque ad Ordinarium Hispalensem pro executione, earumdemque Regularum pro suo arbitrio approbatione, Conventusque erectione directæ: TUM ET ipsius Conventus erectionis mox ab Archiepiscopo *die* 21. *Aprilis anno* 1611., cum Regularum, seu Additionum approbatione, confirmationeque, absolutæ; quam ipsis, quibus concepta est, hispanis verbis præstantissimorum PP. oculis subjicimus = *Nos D. Pedro de Castro, y Quinnones Arzobispo de Sevilla &c. Por quanto por parte de la Madre Francisca Dorothea &c. nos fue hecha relacion, diciendo, que movida con el zelo de la honrra de Dios, y con particolar devocion à la sagrada Religion de S. Domingo &c. havia desseado fundar, y dotar un Monasterio, y Convento de Religiosas descalzas Recoletas de la dicha Orden, que estubiesse sugeto a la Regla de S. Augustin, y Constitutiones de las Monjas de S. Domingo con sus Declaraciones, con mas las Addiciones de Recolecion, que ante Nos presentò, y pidiò las aprovassemos &c. Loqual por Nos visto &c., y acudiendo al pio, y santo zelo dela susodicha &c. Por la presente &c. erigimos, y fundamos el dicho Monasterio &c., conforme a los Statutos, y ordenaciones delas Religiosas dela Orden de S. Domingo, y las nuevas Addiciones de Recollecion, que por Nos han sido aprobadas; y damos licencia &c.*; prout in eodem authentico Exemplo, quod R. P. Fidei Promotori exhibebitur.

147 A Monasterii Fundatione gradum faciunt Animadversiones *ad Vota*, quæ Ven. Dorothea Deo nuncupavit.

§. II.

148 *Nihil in hac Causa, optima ceteroquin, & splendidissima*, dijudicanda *æque sollicitos, suspensosque tenuisse RR. PP. animos*, inquiunt Animadversiones pag. 8. §. 20., *quàm tanta illa Votorum a Ven. Virgine vel a teneris unguiculis nuncupatorum series. Vix quintum annum attigerat, quum illud edidit* = *di far sempre quel che fosse, o pensasse esser di maggior gloria ed onor suo, obligandosi a farlo col maggior fervore di divo-*

zio-

zione ; obligandosi con gran fervore ed amore alla maggior perfezione della vita = Summ. pag. 16. §. 42. *Elench. pag.* 6. & alibi. *Alio jam adulta se obstrinxit, quod tamen in priori illo continebatur = di non commettere colpa veniale = ut in ejus Scriptis legitur; ut autem in Elencho additur* §. 74. = *di non commettere colpa veniale in alcuna cosa avvertitamente, e di procedere in tutto colla maggior perfezione &c. Deinde aliud Votum emisit = di non chiedere cosa alcuna alle Creature, bensì a Dio solo, con altre cose = Proc. fol.* 252. *ter. Insuper Proc. fol.* 34. = *d'impiegarsi dimentica di se, e di tutte le cose del Mondo con tutte le forze dell'Anima, e del corpo in quelle cose, che sono di maggior gloria di Dio, e bene delle Anime = quod idem Votum in prima sua ætate a Dei Famula nuncupatum, se ex ipsius Franciscæ ore accepisse tradit Testis LXXI. fol.* 1171., inquiens = *aveva fatto Voto a N. S. di fare sempre quello che fosse più aggradevole a Sua Divina Maestà, procurando in tutte e singole sue azzioni uniformarsi alla perfezione richiesta da un tal Voto. Demum Proc. fol.* 67. *ter. hæc ipsius Dei Famulæ verba leguntur = questa è la Regola, quale feci voto di osservare in tutta la mia vita sino alla morte colla maggior perfezione, che mi sia possibile.*

149 *Age vero* (sic pergunt Animadversiones §. 22.) *privato quodam Spiritus sui ductu tam amplissima Vota vel ab ineunte ætate spopondens, quomodo ab imprudentiæ, ac temeritatis nota absolvi, vindicarique potest? Quomodo cum heroicæ Fidei habitu conciliabitur Votum de non committendis peccatis venialibus, quo certe supposuisse videtur, ad STATUM IMPECCANTIÆ hominem pervenire, in eoque perseverare posse, quod tantummodo comprehensorum est, non viatorum, una Deipara Virgine excepta.*

150 Anteaquam vero de horum Votorum nuncupatione disseramus, ea summovenda est Animadversionum opinio, Dei Famulam votum nuncupantem *de non committendis peccatis venialibus* supposuisse videri, *hominem ad statum impeccantiæ pervenire, in eoque perseverare posse*; Nusquam autem Ancilla Dei hoc Votum emittens sensit, ne somniavit quidem, de immunitate a peccatis venialibus, quæ *ex subreptione, & inconsiderantia* accidunt, quibus Justi quique sunt obnoxii, sed de iis tantum *ex objecto venialibus, & plena deliberatione* patratis; ut ex Testibus relatis in Expositione Virtutum *pag.* 101. Test. VII. = *fece voto a Nostro Signore di non commettere colpa veniale in alcuna cosa AVVERTITAMENTE*, & Test. XVI. = *un voto di non commettere colpa veniale AVVERTITAMENTE.*

151 Nec contrarium arguere fas est ex eo, quod Testis II. Proc. Ordinar. *fol.* 252. *ter.* sic generice loquitur = *avere inteso dire da Suor Francesca di S. Domenico, e da Suor Isabella di Gesù &c., che si erano trovati due piccoli Scritti della Serva di Dio, uno de' quali diceva, che la medesima Serva di Dio aveva fatto voto di non commettere colpa veniale*; Præterquam quod enim ex Auctricibus ab hoc Teste citatis M. Francisca a S. Dominico verba faciens de hoc Voto, illud fuisse testatur, = *di non commettere colpa veniale AVVERTITAMENTE,* ut in Expositione *pag.* 101. *Testis XVI.*, ac M. Isabella a Jesu, quæ est Testis IV. Proc. Ordinarii nullam hujus Voti facit mentionem; ac denique in Scriptis Servæ Dei compulsatis *in Proc. fol.* 31. *usque ad fol.* 73. nil ejusdemmodi legitur; Profecto genericum illud verbum = *colpa veniale* = declaratum remanet ab aliis Testibus addentibus = *avvertitamente*; ex juribus apud Ferentillium *in Addit. ad Rot. cor. Buratto dec.*430. *num.*4. = *Testis generaliter loquen-*

tis dispositio declaratur per alium IN SPECIE *deponentem*, & Rot. *recent. part. 9. dec. 246. num. 1.*

152 At, esto per hypothesin, Dei Famulam in hoc emittendo Voto eamdem expresse non adjecisse particulam = *avvertitamente*, sed illud absolute emisisse, ea tamen subintelligeretur, perindeque haberi deberet, atque expressa fuisset; quum Vota quæcumque, ac Juramenta promissoria, generalibus quamvis concepta verbis, civilem interpretationem recipiant, & secundum subjectam, ut dicitur, materiam, ac quantum humana natura patitur, facta fuisse intelligantur; ut diserte cautum fuit ab Innocentio III. Pontifice, *in Cap. Quemadmodum de Jurejur.*, & a Nicolao III. *in cap. 1. eod. in 6.* ibi = *Juramenta sub hujusmodi generalitate qualitercumque, & sub qualicumque verborum forma præstita, vel præstanda,* AD POSSIBILIA &c. TANTUM *extendi, ipsosque jurantes* AD ALIA *per præstationem juramenti hujusmodi* NON TENERI.

153 Quod ipsum docent Gerson. *de Vita Spirituali animæ Oper. Tom. 3. col. 65.* lit. C. = *Juramentum, & Votum nunquam ita proferuntur absolute, quin interpretationes, conditiones, glossas, & civiles intelligentias suscipiant,* Reiffenstuel *in Jus Canonic. Tit. de Jurejur. num. 41. & 45.* = *Juramentum est intelligendum juxta materiam subjectam, seu quatenus materia subjecta postulat &c. Juramentum generaliter prolatum debet civili modo intelligi*, & num. 51. = *in omni juramento promissorio, quamvis absolute facto, quædam tacite subintelliguntur conditiones*, Leurenius *in Jus Canon. eod. Tit. quæst. 791. num. 2. & seqq.* = *Juramentum interpretandum juxta materiam, supra quam cadit, & juxta naturam, & conditiones actus, cui adiicitur &c. Cum cuilibet juramento promissorio, quamvis absolute facto, insint quædam conditiones, vel suapte natura, vel necessario de jure, licet non exprimantur, secundum eas interpretandum &c.; sequitur naturam actus, cui adiicitur*, Ferrarius *Tit, Juramentum num. 5.*, aliiqui *communiter*.

154 Sic in simili, quamquam sacris Literis de Job dicitur *cap. 1.* = *Non est illi homo similis super terram, sine querela, justus, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo*, & de Zacharia, & Elisabeth Lucæ 1. = *Erant autem justi ambo, incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini sine querela*, Joan. 3. = *Omnis, qui natus est ex Deo peccatum non facit, quia semen ejus in ipso manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est*, & Ecclesia in Hymno S. Joannis Baptistæ concinit, ipsum antra deserti teneris sub annis petivisse, *ne levi crimine* vitam macularet; Attamen his verbis eminens quidem Sanctitas designatur, qua peccata venialia deliberata vitantur, non autem ea ab omni peccato veniali immunitas, in quod ex inconsiderantia, eque subreptione infirma humana natura prolabitur; *ex communi Theologorum interpretatione*.

155 Et ita pariter similes generales locutiones explicandas esse, monet Bened. XIV. *lib. 3. cap. 39. sub num. 11.* = *Generales, & immodicæ nonnullorum Confessariorum attestationes commode explicari possunt de immunitate a peccatis venialibus, non ex subreptione, & inconsiderantia, sed de peccatis ex objecto venialibus, & plena deliberatione patratis*.

156 Cujusmodi Voti intelligentia multo apertior redditur, perpensa vi verbi illius = *commettere*, quod actionem significat, quæ a voluntate deliberata procedit, ut bene Contensonius *Theolog. Mentis, & Cordis lib. 5. Dissert. 1. cap. 1. Speculat. 1.* = ACTIONES ILLÆ HUMANÆ SUNT, QUÆ A VOLUNTATE DELIBERATA PROCEDUNT, & in Re-

fle-

flexion. = EAQUE SOLA OPERATIO HUMANA MERITO DICITUR, QUÆ EX DELIBERATIONE PROCEDIT.

157 Quumque justi aliqui valde perfecti, qui toti student puritati, & sanctitati, possint cum Divinæ gratiæ auxiliis sibi concedi solitis, absque singulari Divino privilegio, a venialibus plene deliberatis tota vita abstinere, Cornel. a Lapide *in Proverb.* 24. 16. §. *Rursum justos*, Alvar. de Paz *Tom.* 2. *de extermin. mal. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 9. *pag.* 60., *& seq.*, Clemens Alex. *lib.* 1. *Pædagog. cap.* 2., Contenson. *Theolog. mentis, & cord. lib.* 7. *Dissert.* 4. *cap.* 1. *consectar.* 4., nihil est profecto, cur Votum de his non committendis a Ven. Dorothea emissum redarguatur & non potius ad summum ejus absolutissimæ adipiscendæ perfectionis desiderium, conatumque, magna cum ejus laude referatur, ut apud Ferrar. Biblioth. *Tit. Votum Art.* 1. *num.* 20.

158 Jam vero ex hactenus deductis Dei Ancillæ, in hoc nuncupando Voto, mente comprehensa, præter eunda quidem Animadversionibus ea fuissent ipsius verba, quæ Deum sibi dixisse narrat = *Io voglio, che la mia serva Francesca goda per privilegio vivendo in terra quel che li miei Santi godono in Cielo in virtù della chiara Visione dell'Essenza*; quibus verbis eadem Ancilla Dei sibi indultum fuisse significet *privilegium* immunitatis a peccatis venialibus, necnon *perfectionem justitiæ*, *& statum inamissibilis gratiæ, beatarum animarum tantummodo proprium*, ut pag. 9. sub §. 22. Quid enim isthæc narrata Dei locutio commune habet cum Voto, quod Ven. Dorothea nuncupavit? Permiscendæ ne simul sunt res inter sese penitus diversæ, ut ex earumdem conjunctione sensus minus rectus extorqueatur? Jam vero quid relata verba significent, quum Animadversiones eadem ipsa rursus §. 35. *& seqq.* vehementer obtrudant, ne obiter nunc de re plene postea explicanda loquamur, ex iis, quæ tum dicturi sumus, planissime intelligetur.

159 At licet modo Animadversionibus daremus, quod tamen negamus, eadem verba *privilegium omnino significare de culpis venialibus non committendis*, nec non *perfectionem justitiæ*, neutiquam tamen, prorsusque nunquam, de ea intelligenda essent immunitate a quocumque peccato veniali, atque plena absolutaque perfectione *patriæ*, sed de perfectione *viæ*, seu tali, qualis in hac vita haberi potest, cumque viatoris statu compatitur; itaut non omnia æqua, ac paria essent eidem Dei Famulæ cum Beatis, sed quoddam tantum, ex peculiari Divino munere, in re non pari simillimum; ut cum sacris Litteris Matthæi 5. 48. dicitur = *Estote .... perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est*, similitudo tantum significatur, non æqualitas, ut ibi = Estius = *Perfecti juxta modum perfectionis, quam viatores assequi possunt*.

160 Et re quidem vera, si Dei Famula quoquo modo sensisset hoc se Divino privilegio donatam in nullum, ne veniale quidem, peccatum prolabendi, atque adeo *impeccantiæ* statum assecutam, ut autumant Animadversiones; profecto supervacaneum non tantum, sed stultum ipsius fuisset Votum peccata venialia non committendi. Immo mirum, quam præclare ex hoc evincitur, se plane cognovisse iisdem committendis obnoxiam, quum promissio non faciendi, potestatem faciendi supponat.

161 Sed quid attinet de re tam aperta plura requirere? Tantum profecto abest, Dei Famulam, se impeccantiæ statum quoquo modo assecutam putasse, ut maximam se fateretur, atque etiam profiteretur peccatricem, ac Dei misericordiam, Sanctorumque intercesionem, Monialiumque preces pro ejus peccatorum remissione imploraret; ut passim in ejus scriptis, præsertim

Proc. fol. 42. ter., 47.; 48. = *vi supplico io indegna Peccatrice, a volere intercedere a pro di me peccatrice* fol. 55. ter. = *negli abissi dell' Inferno &c. io merito abitare per li miei peccati*, fol. 60. = *purghi qui i miei peccati, e questi non mi rimanghino a purgarli per l'altro Mondo*, fol. 63. = *Per ricevere Dio devo purificare la mia anima col confessare tutte le mie negligenze, infingardagini, ingratitudini, trascuratezze, in cui sarò caduta, con vera contrizione, e dolore, col fare tutto il possibile per parte mia per non cadere più in quelle, e rinconcentrata nell' abisso del mio nulla, consideri la mia insufficienza, e miseria, e sempre la riconosca, e la confessi innanzi a Dio, chiedendogli il rimedio, da poi che egli solo puole, e vuole rimediarle*; quod confirmatur a Teste VII. Proc. Ordinar., *quæ Dei Famulam viginti annos cognovit*, Proc. fol. 554. = *ordinariamente si raccomandava alle orazioni delle Religiose, chiedendo loro che pregassero Iddio a perdonargli i suoi peccati, e dargli cognizione di quelli*, & Sum. *pag.* 121. §. 112., & Processf. *fol.* 981. *ter. in fin.*, ubi Testis XXXII. ejus Confessarius sic ait = *tenendosi per la minima delle creature, e conoscendosi per la maggior Peccatrice del Mondo*.

162 Illud denique addimus, hoc ipsum peccata venialia non committendi Votum Deo fuisse acceptissimum. Edidit namque illud Ven. Virgo quum Hispalensis Civitas ex imbrium defectu in inopia, & caritate rei frumentariæ, summo Civium damno, versaretur; eoque edito, Civitas, æstuantibus jugeribus imbrium copia irrigatis, ab hac calamitate feliciter liberata fuit = *a motivo dell' esperienza di veder mutato il tempo, e ritornata la fertilità alla terra, conobbe la Dichiarante colle altre, quanto piaciuto fosse agli occhi di Dio il predetto Voto, e la sudetta promessa*, ut in dicta *Exposit. Virtut. pag.* 101.. Si autem Deus ea indulgens, quæ Famula sua rogabat, editum ab ea votum sibi acceptum fuisse significavit, ecquis illud reprehendat? *Deus, qui justificat, quis est, qui condemnet?* ad Rom. 8., & in gravioribus circumstantiis Raynaud *Tom.* 12. *pag* 352. *init.* = *Tantum ergo abest, ut displicuerit Deo, ut potius per illud operatus sit Miraculum*.

163 Evellatur igitur a Sapientissimorum PP. animis, penitusque ab Animadversionibus isthæc deleatur suppositæ a Dei Famula *impeccantiæ* suspicio, atque, quod de non prudenter committendis peccatis venialibus fecit Votum, ad ea, quæ Ancilla Dei non cogitavit, quæque tum ex recta verborum interpretatione, tum ex Testibus prorsus abfuisse intelligitur, extranea, inanique argumentatione non pertrahatur.

164 Hoc Animadversionum supposito funditus everso, de ipsis nunc a Ven. Virgine Votis editis differendum est. Hæc autem, quamquam *plura* Animadversionibus videntur, ad *unum* vero rediguntur *perfectiora quæque peragendi*, quod, genere suo, non ad certas tantum Virtutum species restringitur, sed quascumque complectitur, ut sapienter advertit P. Fridericus a S. Antonio *in Vita S. Theresiæ lib.* 1. *cap.* 18. his verbis = *Vuolsi quì riflettere, che quantunque questo Voto* (majoris perfectionis) *appaja un solo, non anderemo non pertanto errati, se diremo, che questo egli è un voto, che tutti i Voti in se aduna, perche mette capo a tutti gli objetti delle altre virtù*.

165 Et quid porro Votum illud = *di far sempre quel che fosse, o pensasse esser di maggior gloria, ed onor suo, obbligandosi alla maggior perfezione della vita* = *d'impiegarsi dimentica di se, e di tutte le cose del Mondo in quelle cose, che sono di maggior gloria di Dio, e bene dell' Anime*: Quid illud sui Asceterii Regulas servandi = *questa è la Regola, quale feci voto*

di

di osservare in tutta la mia vita fino alla morte colla maggior perfezione, che mi sia possibile: Quid illud = *di non commettere colpa veniale in alcuna cosa avvertitamente*. Quid denique illud = *di non chiedere cosa alcuna alle Creature, bensì a Dio solo*; Quid, dicimus, hæc omnia, nisi uno comprehenduntur Voto ea faciendi, quæ perfectiora atque acceptiora Deo esse, ratione, & intelligentia comprehenderet.

166 Ejusmodi autem *majoris perfectionis* votum, magnum omnino, ac arduum, laudabiliter quidem a personis eximia sanctitate præditis edi posse, ac quandoque editum fuisse, manifestum redditur ex Litteris Decretalibus Canonizationis S. Theresiæ *in Codic. pag.* 306., ubi his verbis commendatur = *Divini amoris flamma in ejus corde adeo exæstuabat, ut maxime arduum votum a Deo edocta emiserit, EFFICIENDI SEMPER QUIDQUID PERFECTIUS ESSE, ET AD MAJOREM DEI GLORIAM PERTINERE intelligeret*, & in Litteris Decretalibus Canonizat. S. Joannæ de Chantal *in actis novissimarum Canonizationum pag.* 425. ; *Quum autem perfectius adhuc atque excellentius meditaretur vitæ genus &c. votum illud maxime arduum edidit*, SEMPER ID EXEQUENDI, QUOD PERFECTIUS, ATQUE ACCEPTIUS DEO ESSE *intelligere*.

167 Et quæ res umquam, Deus immortalis! geri potest major, quæ sanctior, quæ gloriosior, quæ commendatior esse debet hominum memoriæ sempiternæ, quam quod studio quis omni suo, ac quantum maxime eniti potest, in omnibus suis actionibus defigat, intendat que animum in Deum, atque non modo ab hujus voluntate in nulla penitus re dissentiat, sed quæ ei probanda magis, ac perfectiora esse intelligit, ad ea exequenda, majorem ut in dies perfectionem adipiscatur, non contendat tantum, sed, Voto peracto, generose Deo se obstringat?

168 Sed urgent *Animadversiones* §. 21., quod licet *alii fuere Sancti*, qui hoc votum edidere, *nonnisi* tamen *firma ætate, post multas, & graves cum vitiis, & concupiscentiis luctas, atque victorias, post diuturnam, constantemque in omni Virtutum genere exercitationem, post accuratas ad Deum preces, præconsultis, atque approbantibus conscientiæ Moderatoribus. Quin Votum de majori perfectione a S. Theresia emissum, non adeo late patebat, ut superius recitatum Ven.* DOROTHEÆ *Votum, sed restrictum fuisse testatur illius Confessarius, Vitæque Scriptor Ribera ad ea tantum opera, quæ magni momenti esse cognovisset, & tamen antequam Votum ederet, consulere, diu multum non prætermisit Spiritus sui Directores*. At vero Serva Dei, *privato quodam Spiritus sui ductu*, quum VIX QUINTUM ATTIGERAT ANNUM, hoc majoris perfectionis votum spopondens, *ab imprudentiæ, ac temeritatis nota absolvi, vindicarique non potest*.

169 Eam vero inprimis, quamquam non est necessarium, præstat tamen excutere præstantissimis PP. opinionem de Voto S. Theresiæ *ad opera tantum magni momenti* restricto. Hoc enim quamvis a P. Ribera ipsius vitæ Scriptore asseratur, isthæc vero ejus assertio nullo innititur fundamento, ut bene advertit P. Fridericus a S. Antonio *in ipsius Sanctæ Vitæ Commentario lib.* 1. *cap.* 18. ibi = *I PP. Ribera, e Jepes scrivono, che la Santa a fine di evitare li scrupoli non intese obligarsi all'adempimento di qualsivoglia minuta azzione, ma soltanto a quelle, che fossero di qualche importanza. Io però non posso aderire all'asserzion loro, sì perchè gli altri Storici, e nè pur gli Atti della Canonizazione non fanno menzione di tale limitazione &c.*

Et

170 Et re quidem vera Riberæ assertio cum ipsa pugnat verborum, quibus Votum conceptum fuit, amplitudine = *efficiendi semper QUIDQUID perfectius*; atque pugnat tum etiam cum ipsius voti magnitudine; & arduitate; De eo namque Gregorius XV. in Literis Decretalibus ejus Canonizationis sic ait = MAXIME ARDUUM VOTUM, atque Auditores Rotæ *in Relat.* 2. *art.* 5. = RARUM, AC NOTATU DIGNUM, *&* *art.* 18. = ADMIRABILE, RARUM, MAXIMUM, P. Joannes a Jesu Maria *in Vita lib.* 4. *cap.* 7. = VOTUM ANGELICUM, ET USQUE AD STUPOREM PLANE MIRUM, & in Epist. 7. Theolog. Mystic. = COELO PROXIMUM VOTUM, QUOD FILIAS SION IN ALTISSIMAM RAPIT ADMIRATIONEM: denique cum ipsa pugnat Theresiæ sanctitate, quod Deo voverit magni tantum momenti rerum perfectiora capessere, quarum quidem præclaræ occasiones perquam sibi raro offerri poterant, contra ea, quæ monent S. Franciscus Salesius *in Tract. de Dei amore part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6., & in Introduct. ad vit. devot. *par* 3. *cap.* 35., & Card. Bona *in Princip. Vitæ Christian. p.*2. *cap.* 2.

171 De ipso nunc a Dei Famula edito majoris perfectionis Voto differentes, præstantissimos Suffragatores præmonemus, eam a vero aberrare Animadversionum assertionem, quod illud *vix quintum annum attingens* ediderit, quum nullus Testis id affirmat, sed illud quidem, quod in ejus *tenera ætate* nuncupavit; quo plane teneræ ætatis nomine tota ipsa non pubertas modo, sed adolescentia comprehenditur, *ex auctoritatibus in superiori* §. 105. *citatis*.

172 Et quidem hoc Votum jam Puberem emisisse, luculenter ea patefacit Consultatio, quam de eodem Voto duodecim Theologi habuere, dum Ven. Virgo annum jam agebat *decimum octavum*, ut supra §. 103. *&* *seqq.*; Hanc enim Consultationem nemo profecto vir cordatus rei magnitudinem, atque indubiam Directorum Spiritualium prudentem agendi rationem perpendens, ad remotissimum ab edito jam voto, & non potius, ac omnino, ad tempus referet proximum.

173 Fecit vero hoc votum Ven. Dorothea, quæ de se jam inde a puera hæc suo Spiritus Directori conscripsit Proc. fol. 31. ter. = *Dichiaro in confessione &c., che chiamando Nostro Signore una Donzella con efficaci sime ispirazioni, e chiamate alla solitudine, ed alla vita austera, e communicato ciò da essa alli suoi Confessori a questo fine eletti, che erano li più dotti, e spirituali, che avevano fama in Città, col di loro parere si ritirò in una stanza appartata dalla communicazione della gente nella Casa delli suoi Genitori, e si applicò ad una perpetua orazione, e digiuni estraordinarj, non trattando con veruno*; & in altera Epistola pariter suo Spiritus Magistro scripta Proc. fol. 54. = *Sino dal principio della mia vita, conoscendo Dio per mio Creatore, e Redentore, la mia condizione, il beneplacito della sua santissima volontà, la vanità del Mondo, la malizia de' Demonj, la strage, e sconfitta della natura, e le leggi contrarie alle Divine, che esperimentavo in me, e perciò mi aborrisce detto Demonio sopra tutte le cose &c., con vivi desiderj di servire Dio senza impedimenti, avendo considerato il Mondo, elessi il Deserto, come luogo più a proposito, e più libero dalli pericoli, ed impedimenti per solamente impiegarmi in Dio &c.* & fol. 55. = *di accesi desiderj di seguire il mio Redentore per la via, che con la sua santissima vita egli insegnò, e servirlo in tutte le cose, più di quello lo servirono tutti unitamente, ed amarlo più di quello lo amarono tutti, e con maggior purità, patire per amore e gloria sua più di quello*

lo hanno patito tutti, e possano patire, con tal distacco, e disinteresse proprio &c., & fol. 56. = *per unirmi con Dio &c. unitamente col pensiere, ed orazione Io fatigai per ottenere questa grazia*.

174 Mittimus ea, quibus Deus, quodam privilegio gratiæ specialis, hanc suam Famulam in benedictione præveniens, nec dum natam, atque infantulam, electam sibi, & prædilectam, præclaris indiciis declaravit, quæ perstricta sunt *in Expositione Virtutum pag. 2., & seq.*, & latius Summar. *pag. 11. & seqq.* Et sic porro = *Sicut novit, qui sunt ejus Dominus*, (sunt verba Gaufridi Abbatis *in Sermon. de S. Bernardo* §. 15.) *& novit utique quos elegit a principio: sic etiam sua quibusque tempora constituit, quibus æternæ suæ dilectionis, vel ipsis, vel de ipsis innotescat arcanum. Cumque alios in pueritia, alios in juventute &c. vocaverit: nonnullos tamen, sed paucos, velut quodam privilegio gratiæ specialis, in benedictione præveniens, imo præripiens, nec dum natos, quales essent, quibus voluit signis, & indiciis, declaravit*.

175 Sed hæc breviter dicimus. Nil puerile gessit in opere: atque omnium consortia vitans, in secretiore domus angulo morabatur, majoremque noctis partem in oratione genubus flexis transigebat, brevemque somnum vel humi, vel nuda super tabula, vel culcitra, lapidibus ad cruciatum interpositis, procumbens sumebat: summo curans studio, ne cuiquam hæc ejus agendi ratio innotesceret, ex *Testibus relatis in dicta Expositione p. 4. post init.*

176 Summo mane surgens certam illam precandi formulam, quæ *Sanctissimum Rosarium* appellatur, magna devotione recitabat, a germanisque suis simul quoque recitari eximia cura studebat, *ex Testibus ibidem transcriptis pag. 4. & seq.* §. 4.

177 De ejusmodi a tenella puera instituto vitæ genere, quod ætatem viresque superare videbatur, fatua, amensque a Domesticis habita, ac vocata, læto id animo ferens suum a proposito animum non avocabat; ut narrant Testes citati *in dicta Expositione pag. 5. §. 5.*

178 Divinum ad solitariam vitam agendam sentiens impulsum, plurimis, enixisque precibus cellulam a Genitoribus a cujusque communicatione secretam, liberamque impetravit, in qua aram in Beatissimæ Virginis honorem construxit; ac, licet, propter ejusdem cellulæ situm, summorum hyeme frigorum, atque æstivo tempore calorum vim perpeteretur, perpetuo tamen sola cum Deo morabatur: nunquam ab ea, nisi Ecclesiam aditura discedens, *ex Testibus in dicta Expositione citatis pag. 7. per totum*.

179 Tenellam carnem suam multis afflictationum generibus dirissime macerabat; quemadmodum testantur relati Testes *in Exposit. Virtut. pag.* 139. *Testis II., pag.* 140. *Test. III. pag.* 141. *Test. V. & VI., pag.* 145. *Test XVI., pag.* 146. *Test. XX., & XXI., pag.* 147. *Test. XXXI., & p.* 148. *ante med., pag.* 149. §. *fin. & pag.* 150.

180 Et, ne cetera persequamur, eximia morum innocentia, præstantissimaque prædita erat sanctitate, ut vitam ulla sine macula, quæ *ex proposito* dicitur, aspersam castissime, integerrimeque traduceret, ita ut *P. Petrus a Matre Dei*, qui hujusce V. Virginis confessionem, quum vigesimum ageret ætatis annum, excepit, atque a S. THERESIÆ confessionibus fuerat, hæc de ipsa prædicaret, quæ de auditu ab eodem narrant Testis II. *Proc. Ordinarii* M. Anna a Cruce Priorissa Monasterii *fol.* 245. = *stando un giorno questa Dichiarante nel Confessionale col P. F. Pietro della Madre di Dio Religioso molto dotto, e di virtù cognita, e ritiratezza, che era stato*

CON-

CONFESSORE DELLA GLORIOSA S. TERESA DI GESU', *e l'aveva accompagnata nelle sue Fondazioni*, *gli disse*, *trattando dell'eroiche virtù*, *e santa vita della Serva di Dio Suor Francesca Dorotea*, *che egli L'AVEA CONFESSATA GENERALMENTE*, *ed avea communicato con essa molto tempo prima*, *che si fondasse questo detto Convento*, *e che era sì rara*, *e prodigiosa la di lei virtù*, *e Santità*, *e sì particolari erano i favori*, *e grazie*, *e regali*, *che gli faceva Nostro Signore*, *CHE ERANO MAGGIORI DI QUELLI, CHE AVEA FATTI ALLA SUDETTA S. TERESA, ED A S. GELTRUDE.*

181 Testis IV. M. Isabella a Jesu Monialis in dicto Monasterio fol. 292. = *Stando questa Dichiarante un giorno nel Confessionale col P. Fra Pietro della Madre di Dio Carmelitano Uuomo di gran virtù*, *e letteratura*, *il quale era stato Confessore della gloriosa Madre S. Teresa di Gesù*, *trattando della rara virtù*, *ed eccellenze della vita*, *e fanciullezza della Serva di Dio Francesca Dorotea*; *lodava detto Religioso con parole molto efficaci*, *ed intese la gran purità della detta Serva di Dio*, *la quale aveva fatta con esso LA SUA CONFESSIONE GENERALE*, *e che gli aveva fatte dimande particolari per rintracciare*, *se avea qualche peccato veniale*, *su cui appoggiare l'assoluzione*, *e che appena lo avea trovato*, *e perciò lodava molto la di lei rara virtù*, *umiltà*, *astinenza*, *ritiratezza*, *e mortificazione de' sentimenti.*

182 Test. VII. M. Dorothæa a Purificatione Monialis in d. Monasterio fol. 552. ter. = *La Deponente intese dire dal P. Fr. Pietro della Madre di Dio dell'Ordine di nostra Signora del Carmine*, *vomo molto dotto*, *e di gran virtù*, *che aveva confessata la Serva di Dio*, *qualmente questa essendo in età di venti anni*, *aveva fatta con lui LA CONFESSIONE GENERALE*, *e che in tutta la detta confessione non trovò*, *che la sudetta avesse colpa*, *per cui avesse perduta la grazia battesimale.*

183 Testis XVI. M. Francisca a S. Dominico Monialis in dicto Monast. fol. 739. & ter. = *Intese dire*, *e predicare essa Deponente dal P. Fr. Pietro della Madre di Dio dell'Ordine di Nostra Signora del Carmine descrivendo egli la purità dell'anima*, *e le virtù della Serva di Dio*, *dicendo*, *che a tanta santità*, *che Sua Maestà aveva infuso in essa*, *non sapeva come chiamarla*, *cioè se un'Angelo*, *o un Serafino*, *o purissima Creatura*, *che L'AVEVA CONFESSATA GENERALMENTE*, *e non aveva trovato ove appoggiare l'assoluzione &c. gli andiede raccontando le cose ammirabili*, *misteriose*, *e divine*, *che competevano*, *ED ECCEDEVANO QUELLE DI S. TERESIA, DI S. GELTRUDE, E DI S. CATARINA DA SIENA*, *col ripetere detto Religioso &c.*, *che FU' SANTA FIN DALLA SUA FANCIULLEZZA, SANTA QUANDO DIVENNE ADULTA, SANTA NEL FINE DELLA SUA VITA.*

184 At non modo hoc Deo suo nuncupavit Votum Venerabilis Virgo, quæ jam inde a puellula ad arctissimam cum eo unionem contendit, ad quam eximia vitæ puritate, diurna nocturnaque oratione, rerum omnium terrenarum contemptu, sua perfecta ipsius abnegatione, dira corporis afflictatione, præstantissimarumque virtutum exercitio, se præparavit, *ut proxime vidimus*; verum etiam votum fecit clarissimis internis locutionibus vehementissime a Deo excitata, ad illudque edendum efficacissime permota; quod sui spiritus Moderatores, vitæ ejus sanctitate spectata, Divinoque impulsu intellecto, adprobarunt.

185 Testes hujus rei, quum illius temporis Dei Ancillæ Confessarii, aliique ad Consilium advocati Theologi e vivis jam, dum Processus construebatur, ex-

excesserint; oculatos licet proferre non valeamus, quamplures tamen auritos exhibemus, quos inter Testis est III. *Proc. Ordinarii fol.* 258., ubi de auditu a Germana Servæ Dei sic ait, quod votum fecit = *di far sempre quello, che avesse conosciuto ridondare a maggior gloria di Dio, obligandosi con gran fervore, ed amore suo alla maggior perfezione della vita, per tutte le quali cose aveva avuta, ed ebbe parola, e risposta di Dio nostro Signore, che gl avrebbe date forze.*

186 Testis I. *Proc. Apostol.* D. Franciscus Osorius Sacerdos Præbendatus Metropolitanæ Hispalen. *Proc. fol.* 1298. *ter.* = *Essendo una prova di questa verità il Voto, che fece fin dalla sua tenera età, COL CONSIGLIO, E PERMESSO DELLI SUOI DIRETTORI, di eseguir sempre ciò, che gli paresse più perfetto ad imitazione di quello di S. Teresa di Gesù &c. Lo che sà &c., per quel tanto, che ha udito dalli Soggetti da esso indicati*, & fol. 1329. ter. = *fece voto a Sua Maestà di eseguir sempre tutto quello, che fosse di suor maggior piacere, NELLA MANIERA INSINUATAGLI, E COL CONSIGLIO DATOGLI DAL SUO CONFESSORE.*

187 Testis I. *Proc. Apostolici super Fama Sanctitatis* Adm. R. P. Andreas a Cavallo Diffinitor Generalis Ordinis Seraphici *Proc. fol.* 157. ter. = *fece voto di fare tutte le cose aggradevoli a Dio in una età ancora, che poteva esser irritata da suo Padre, ma non l' irritò per consiglio de SUOI CONFESSORI, che ACCERTAVANO D' ESSER STATA GOVERNATA DA UN SUPERIORE IMPULSO, contentandosi di prevenirli, che non facesse in avvenire cosa alcuna, senza consultarsi prima con Dio nell' oratione; lo che praticò in tutta la sua vita &c. Lo che fù, ed è vero, publico, e notorio, fù, ed è publica voce, e fama publicamente.*

188 Testis II. *dicti Proc.*. Illustrissimus Dominus Johannes Perez Eques ex XX. Viris Hispalensis Civitatis *Proc. fol.* 180. *ter.* = *dopo di esser giunta all' anni della pubertà, ISPIRATA DA DIO fece voto di far sempre ciò, che conoscesse esser di maggior suo aggradimento, lo che adempì puntualmente, precedendo a tal' effetto l'orazione a qualsivoglia opera: Consèglio, che li fu dato da SUOI SUPERIORI, CHE APPROVARONO QUESTO VOTO, PER VEDERE IL DIVINO IMPULSO, DA CUI ERA PER FARLO. Lo che fu, ed è vero, publico, e notorio, fu, & è publica voce, e fama publicamente.*

189 Testis IX. *dicti Proc. super Fama* Admodum Reverendus Pater Andreas de Saavedra Ex-Provincialis Ordinis C. R. M., & Examinator Synodalis Hispalensis Archiepiscopatus *Proc. fol.* 387. *ter.*, ubi *de publica voce, & fama; constantique traditione* refert, Votum edidisse = *di far sempre ciò, che più fosse gradito a Dio, il quale FU' APPROVATO DA SUOI CONFESSORI, NOTANDO ESSI IL SUPERIORE IMPULSO DELLO SPIRITO SANTO, CHE LA MOVEVA.*

190 Testis XI. *dicti Proc. super Fama* M. Francisca a S. Josepho Monialis in dicto Monast. Proc. fol. 436. ter. = *fece voto di far sempre ciò che fusse di suo maggior piacimento* (Dei) *qual Voto FU' APPROVATO DA SUOI CONFESSORI, PERCHE VEDEVANO ESSERE STATA MOSSA DA DIO A FARLO. Lo che fu, & è vero, publico, e notorio, fu, & è publica voce, e fama publicamente.*

191 De hoc eodem Voto duodecim sapientissimi consulti fuerunt Theologi, qui, sedulo perpensis omnibus, quæ rei magnitudo postulabat, concordissimo illud suffragio comprobarunt; ut ex Teste LXIX. *Process. Ordinar* D. Francisco de Castillo S. D. Confessario *de auditu ab eadem Dei Famula*, nec

 non

non ejus Socia Proc. fol. 1141. ter. & seq. = *qualmente per l'adempimento, o irritazione del voto ivi contenuto* FU FATTA UNA CONSULTA CON DODICI GRAVI TEOLOGI *della detta Città di Siviglia, li quali risolsero, che lo adempisse, dicendo essi, che alla persona,* A CUI DIO AVEVA DATO TALI IMPULSI *in sì tenera età, gli darebbe forze per adempirlo; e così appunto seppe il Dichiarante, che l'usò, & adempì con puntualità nel tempo, che comunicò colla medesima fino a tanto, che morì.*

192 Cui consentit Testis VIII. *dicti Proc. super Fama* D. Antonius de Vargas Proc. fol. 357. ter. = *fece voto &c. di far sempre tutto ciò, che fosse di maggior gradimento di Dio. Risoluzione, che* FU APPROVATA DA SUOI CONFESSORI, *che la raccomandarono a Dio, e l'avvertirono di non far cosa alcuna senza consultarla con Dio nell'orazione, lo che osservò in tutto il tempo della sua vita, di maniera che osservorono le sue Religiose, che per rispondere a cose di poco rilievo si tratteneva ritirandosi interiormente per implorare il Divino ajuto nell'accertare la resoluzione. Avendo eletto per Confessore il Maestro Fra Marcello di Librixa Persona di gran credito, virtù, e letteratura, si ammirò questi dello Spirito elevato di detta Serva di Dio. Pregio a pochi concesso &c., e per assicurarsene, l'ordinò di scrivere tutti li successi di sua vita per esaminarli unitamente col Maestro Castroverde ambedue dell'Ordine di S. Agostino, & avendoli essa scritti, e consegnati, viddero essi, & osservorono li prodigj, e singolari grazie, con cui Dio favoriva questa sua Serva, però non ardirono a risolverne la sua approvazione senz'altro esame, quale fecero* CON DODICI TEOLOGI *di maggior credito, che si trovorono in Siviglia, & essendosi uniti, e conferiti li dubj, e difficoltà, che se gli offerirono,* DICHIARARONO ESSER UN BUON SPIRITO QUELLO DI DETTA SERVA DI DIO. *giacchè tutte le sue locuzioni si dirigevano a riformare i costumi, alla perfezione di vita, & all'ardentissima carità.*

193 His autem propositis, tum sanctissima Ven. Virginis vitæ ratione, tum iis, quæ idem Votum prægressa, comitata, & consecuta sunt, non ipsi præstantissimos PP. ad Divinum percipiendum instinctum oratione hac nostra erigendos, atque excitandos suscipiemus, quem pro eorum sapientia, perpensis omnibus, satis sponte sua intelligunt, qui receptissimos non ignorant in hac materia Canonas, quos tradidere S. Franciscus Salesius *in Tract. de Dei amor. part.2. lib. 2. cap. 10. & seqq.*, Card. Bona, Gersonius, aliique permulti, qui *de Spirituum discretione* disseruerunt.

194 Hactenus de Votis nuncupatis. Nunc de persolutis. Longum profectò esset, sapientissimisque PP. molestissimum, singula Dei Ancillæ opera referre, quibus ad majorem semper perfectionem omni studio, conatuque contendit, quum tota, qua late patet, in has nostras Responsiones transcribenda esset jam in superiori Defensione elucubrata *Expositio Virtutum*, quas Dei Famula ab ineunte ætate ad obitum usque, de illo nunquam arduo majoris perfectionis tramite deflexa, Deo munera sua ei large, effuseque donante, mirifice coluit, atque perfecit. Sat igitur esse arbitramur, RR. PP. ad eamdem *Expositionem* remittere, qua perlecta, de prædictis Votis sartis tectisque religiose servatis certum judicium laturos esse non ambigimus. Elaborabitur in hoc tantum a nobis, ut visa aliquibus Suffragatoribus *non obscura eorumdem Votorum inobservantiæ argumenta diluamus.*

195 *Vix componi* (sunt Animadversionum verba §:24. *& conciliari) posse alicui ex doctissimis Suffragantibus visa sunt cum perfecta observantia Voti* = di

non

non chiedere cosa alcuna alle Creature, bensi a Dio solo = *ea, quæ referunt Testes in Expositione Virtutum pag.* 103., 104., *&* 106., quod Dei Famula, ut Pauperum egestati subveniret, ab aliis auxilia deposceret.

196 Sed nemo non intelligit, hoc Deo voventem votum Ven. Dorotheam de se una Dorothæa sensisse, nihil scilicet *sibimet ipsi*, quæ omnem spem suam in Deo defixerat, a creaturis petendi: non autem de ceteris personis, quoties eam Charitas ad earumdem necessitatibus subveniendum urgebat; quemadmodum sapienter profecto hanc germanam interpretationem admittit doctissimus Fidei Promotor *in Animadv. pag.*10. *§.*25. his verbis = *prædictum Votum de nulla re postulanda a Creaturis, licet absolute prolatum, referatur tamen, si placet, ad promissionem nihil omnino petendi ab hominibus PRO SE IPSA, ac propterea ad opem divitum confugientem pro indigentiis pauperum, atque infirmorum, ne hilum quidem defecisse supponamus ab emissi voti religione.*

197 Et enim vero Votum quodcumque, licet absolute prolatum, arctam semper recipit interpretationem juxta mentem voventis, ut late apud Ferrarium *Bibliothec. Tit. Juramentum Art.* 3. *num.* 1. *&* 2.; quæ quidem mens præclarissime ex posteriori Voventis facto innotescit, ut bene Rota *recent. part.*12. *dec.*130. *num.*24., *& decis.* 319. *num.* 16., *& cor. Falconer. Tit.*11. *dec.*4. *num.*17., *& in Miscellan. dec.* 39. *num.* 4. = *cum voluntas, seu animus agentium melius declarari non possit, quam ex actibus subsecutis, quia LEX PUTAT, TALEM FUISSE ANIMUM, QUALEM SUBSECUTUS REI EVENTUS INDICAVIT.*

198 Addunt Animadversiones *cit.* §. 25., *quomodo cetera Vota* non prudenter committendi peccatum veniale, ac majoris perfectionis, *accurate implevisse dicenda erit ea Ven. Virgo, quæ reprehensa quandoque fuit ab ipsomet Deo illis verbis* = Facesti tu male a chiedermi la morte, sapendo la causa, per cui ti conservo in vita, *Pro. fol.* 39.: *quæ de se ipsa fatetur Proc. fol* 53. = riguardando con qualche affetto, e cura, ed ascoltando le cose esteriori di poco profitto, sentì quel che siegue = Non guardare alcun' altro fuori di me, ne pensare a niuna cosa, bensì a me, e quando tu mirerai, o penserai a qualche altra cosa, tu togli gli occhi da me =; *quam demum in aliquas incidisse culpas satis deliberatas, minime dubitare nos sinunt tum judiciales suorum Confessariorum attestationes in Virtutum Elencho* descriptæ *pag.* 44., *& seqq., apertissime asserentium, quod eædem culpæ sufficientem præbuerint materiam Sacramentali absolutioni; tum testimonium ex Proc.fol.*386. *in præterita Responsione* recitatum *pag.* 28.§.113; unde eruitur a Venerabili Virgine cum *germano Fratre quandoque colloquente*, nonnisi = *avvertitamente = ac plane deliberate Auscultatricem fuisse dimissam; quod non sine aliqua levi culpa fieri ab ipsa potuisse, existimabat unus, aut alter ex suffragantibus.*

199 Sed ejusmodi contrariorum argumentorum levitatem, singillatim unaquaque re objecta perpensa, facili quisque negotio deprehendet. Et levissimum primum illud est, quod de optata sibi morte *reprehensa fuit a Deo*. Distinguere namque oportet inter ipsius Dei Famulæ mortis desiderium, atque Dei reprehensionem; atque ad primum quod attinet, nemo ignorat, plures esse causas, quibus fas est mortem sibi a Deo postulare, quarum aliquas his verbis refert Cornel. a Lapide *ad Philippens.* 1. 23. = *Porro tales sunt causæ, quæ S. Paulum, & alios Sanctos incitarunt ad desiderium hoc, ut cuperent dissolvi, quos persequitur S. Ambrosius, & Cyprianus &c; Prima ergo causa, quæ facit nos optare hanc dissolutionem, sunt morbi, &*

 ærum-

ærumnæ hujus corporis, & vitæ, eæ enim tantæ sunt, ut merito disputet S. Augustinus, an hæc vita potius mors dicenda sit, quam vita &c. Secunda hujus desiderii causa est tum concupiscentia, cum qua perennem, & multiplicem, ac difficilem luctam gerunt omnes Sancti, tum pericula peccandi moraliter, ac necessitas peccandi venialiter &c. Dices: Charitas inclinat ad accumulandum majora semper merita, hæc autem per longam vitam acquiruntur. Responde, ita est; sed tamen si in una lance ponas spem hujus augmenti meritorum &c., in altera vero ponas periculum peccandi, hæc illi longe præponderabit &c. Tertia hujus desiderii, eaque potissima causa est, ut ad beatam illam, æternamque vitam transeamus.

200 Sic Elias 3. Reg. 19. = *petivit animæ suæ ut moreretur*. Moyses Num. 11. = *Obsecro*, inquit, *ut interficias me*. Jonas 4. = *& nunc Domine tolle, quæso, animam meam a me, quia melior est mihi mors, quam vita.* Sic Job. Sic Paulus. Sic alii quamplures sanctissimi viri mortem sibi a Deo postularunt.

201 Fatemur, ignotam in hoc casu ipsam esse causam, quæ Dei Ancillam ad mortis desiderium permovit, quum ejus Scriptum, unde isthæc petita est objectio, angusta relatorum verborum circumscriptione concludatur; at eamdem Dei Famulam justam quidem, piamque eam existimasse, sine maxima temeritatis nota, in dubium revocari non potest, ex receptissimis in hac materia canonibus, quos, post alios, tradit Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 41. n. 19.*

202 Nec quidquam in contrarium Divina illa urget de hac mortis petitione reprehensio; Eccuinam mirum, quod Deus id in ea reperit male factum, quod ipsa, vel ignorabat, vel non animadverterat, vel etiam recte factum judicabat? Quantalibet quis præditus sit sanctitate; aliquid in eodem, quod ipse non videt, nec intelligit, ab eo, qui arcana judicat, invenitur esse culpandum, ut bene Chrysostom. *in Epist. 1. ad Corinth. Homil. XI. §. 2. & 3.* = *etiamsi nullius peccati nobis conscii simus, opus tamen habemus eo, qui peccata nostra accurate arguat*, S. Augustin. *de Perfect. justit. Resp. 19.* = *Quantalibet sit præditus homo justitia, cogitare debet, ne aliquid in illo, quod ipse non videt, inveniatur esse culpandum, cum Rex justus sederit in throno*, & Cornel. a Lapid. *in 1. ad Corinth. 4. 5.* = *Putamus enim sæpe nos bene agere, cum male agimus*. Quo circa Regius ille Vates Psalm. 18. = *Delicta*, inquit, *quis intelligit? Ab occultis meis munda me*; & Vas illud electionis Apostolus 1. ad Corinth. 4. 4. = *nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum*.

203 Alterum similiter facile summovetur argumentum, quod Dei Famula = *riguardando con qualche affetto, e cura, ed ascoltando le cose esteriori di poco profitto*, vocem audivit monentis Domini, ne quem respiceret *fuori di me, nè pensare a niuna cosa, bensì a me*; cui sic ipsa respondit = *Dissi allora io, che supplicavo la sua Altissima Maestà ad illuminare la mia anima per capire la penitenza, che voleva, che io facessi, quando fossi per scordarmi, o pure fossi per allontanare i miei occhi da sua Divina Maestà, e sentii questa risposta = Quando fra giorno una, o più volte tu toglierai gli occhi da me, o pure ti scorderai, starai un' ora ginocchioni, chiedendo perdono, e questa grazia, ed allora la tua anima sarà unita a me*, ut in Proces. *fol. 53.*

204 Tota autem re cognita, cujusque intelligentia, ratione que comprehenditur id inconsulto evenisse. At quamvis Ven. Dorothea eam viam, quæ ad summam perfectionem perducebat, omni contentione conficeret, homo tamen esse non desierat, atque humani nil ab ea Animadversiones alienum pu-

putent, quin quadam vice per subreptionem, defectumque attentionis, & vigiliæ, in illud ceciderit, quod Animadversiones objiciunt = riguardando con qualche affetto e cura, ed ascoltando le cose esteriori di poco profitto. *Etiamsi justus quis sit*, (sunt Chrisostomi verba *in Orat. de Divite, & Lazaro*) *etiamsi millies sit justus, & ad summum pervenerit culmen, ut liberatus sit a peccato; non tamen quit ab omni nævo esse purus: etiamsi millies justus sit, homo est. Quis enim jactabit mundum omnino sibi esse cor? Quis gloriabitur ab omni culpà se esse immunem? Ideo jubemur in precatione dicere, Dimitte nobis debita nostra*. Demirentur potius præstantissimi PP. fervens illud Dei Famulæ desiderium, conatumque in continua Dei cogitatione versandi, ut, si quandoque animum ad alia ex humana fragilitate divertere contigisset, ejusmodi ultro a Domino petierit pœnam defectus involuntarii.

205 Parique infirmitate *tertia* laborat animadversio, quod *in aliquas incidisse culpas SATIS DELIBERATAS minime dubitare nos sinunt Confessarii asserentes, easdem SUFFICIENTEM præbuisse MATERIAM Sacramentali absolutioni, ut in Expositione Virtutum pag.* 44. *& seqq.* Jam primum vero præstat amplissimos PP. eorumdem Confessariorum hac de re testimonia *in sæped. Exposit. relata* intelligere = *Da tutte le Confessioni*, (inquit P. Monterius) *che la sudetta fece con esso, rilevò aver la sudetta &c. una coscienza di Angelo, nè pareva Donna composta di carne, bensì piena di Spirito Santo* = *La confessò ben anche generalmente &c.* (sunt D. Joannis de Salinas verba) *e per trovare in essa qualche peccato veniale per materia dell' assoluzione, costava al Deponente molta fatica* = *Nelle Confessioni*, (ait P. Didacus de Angulo) *che la sudetta faceva col Testimonio, egli non trovava materia, su di cui poter fondare l'assoluzione, perche la sua coscienza era coscienza di Angelo*. Denique D. Franciscus de Castillo = *non perdè la grazia battesimale, nè commise peccato veniale grave*, ut in dicta Exposit. *pag.* 44. *& seq.*; & de auditu a P. Petro a Matre Dei, qui generalem ejus confessionem audiverat = *aveva fatta con esso la confessione generale, e che gli aveva fatte domande particolari per rintracciare se aveva qualche peccato veniale, su cui appoggiare l'assoluzione, e che appena lo aveva trovato*, ut ibidem pag. 46. Testis IV. = *aver inteso dire dal P. F. Pietro &c., con cui &c. fece una Confessione generale, qualmente &c. appena era stata trovata materia, su di cui poter appoggiare l'assoluzione*, ibidem pag. 47. Testis IX.

206 His igitur Confessariorum testificationibus intellectis, clarissime liquet, vix quidem = *appena*, atque laborioso studio = *molta fatica*, aliquid in Dei Ancilla inventum fuisse, quod Absolutioni materiam præberet. At ex hoc perperam profecto *Animadversiones* culpas, in quas Dei Ancilla inciderat, *satis deliberatas* fuisse, non arguunt tantum, sed pro certo habent; Neminem quippe fugit, ad peccatum veniale non plenam requiri advertentiam, ac deliberationem, sed semiplenam, seu imperfectam, imo minimam etiam negligentiam, sufficere, Cornel. a Lapide *in Epist. Jacobi* 3. 2. §. *Itaque* = *Minima negligentia sufficit ad peccatum veniale, quod non requirit perfectam deliberationem, aut advertentiam*, Card. Cajetan. *in Comment. ad S. Thom.* 1. 2. *quæst.* 89. *art.* 6. §. *Ad objectiones*, Reiffenstuel *Theolog. Tract.* 3. *Dist.* 2. *num.* 9. = *ad peccatum veniale sufficit advertentia semiplena, seu imperfecta notitia, per imperfectum, & semiplenum judicium de malitia actus, vel periculo ipsius. Ita communis &c. Sufficit minor advertentia, ac deliberatio, ad contrahendum peccatum veniale, quam mortale*.

Quum-

207 Quumque editum a Dei Ancilla votum de non committendis peccatis venialibus de iis quidem fuerit, quæ = AVVERTITAMENTE talia esse intelligeret, quæque ideo plene cognita, pleneque essent deliberata, licet aliquid ei subrepserit, quod sufficientem absolutioni materiam præberet, temere tamen, summamque per injuriam, minus recte impleti voti rea putaretur, quum illud implevisse sufficiat juxta possibilitatem hujus vitæ, ut bene ad rem à Lapide loc. cit. = *non impedit, quominus justus censeatur implere legem juxta possibilitatem hujus vitæ*.

208 Illud postremo *ex unius, aut alterius ex RR. PP.* opinione objiciunt Animadversiones *dicto* §. 25. *in fin. & seq.*, quod Ven. Virgo cum germano Fratre quandoque colloquens, nonnisi *avvertitamente*, *ac plane deliberate Auscultatricem dimiserit*, ut ex V. Proc. Ordinarii Testis Dicto *in præterita Responsione pag.* 27. *in fin. & seq* recitato; *quod non sine aliqua levi culpa fieri ab ipsa potuit*. At, eo omisso, quod in relato Testis Dicto nusquam hæc leguntur verba = *avvertitamente*, *ac plane deliberate*; si hoc unus, alterve ex præstantissimis PP. illud animadvertissent, quod Dei Famula tum temporis erat Monasterii Priorissa, ut deponit ejusdem Germani filius Proc. fol. 971. = *l'enunciata Serva di Dio era Superiora*, qua cum dum agitur, Auscultatricis officium, quod in eo versatur, *ut audita Moderatrici referat*, conquiescit, non utique eamdem Dei Ancillam in ullius, vel levissimæ culpæ suspicionem vocasset; Multoque minus, quia cum consanguineo primi gradus loquebatur.

209 Verum, etsi hæc una responsio ad omnem dubitationem tollendam sufficit, illud præterea accedit, quod Dei Famula, quæ cum consanguineis etiam colloquens Auscultatricem nunquam dimittebat, ut eadem ipsa narrat ex adverso citata Testis V. Proc. Ordinar. *fol.* 357. 382. *in fin. & fol.* 385. *ter.*, idcirco in casu, de quo agitur, eamdem Auscultatricem illinc paululum concedere rogavit, quia eidem Germano fratri quamdam, ex Divina voluntate, Prophetiam ad ipsius personam pertinentem manifestare debebat, re ipsa postea adamussim comprobatam, quam prudens agendi ratio ceteris ignotam esse postulabat; ut ex integro ejusdem Testis Dicto Proc. *fol.* 386. *ter. & seq.* huc opportune transcribendo = *vedendolo la Deponente* (Germanum Servæ Dei) *venire a questo Convento a rendere le grazie alla detta Serva di Dio, perche la Deponente essendo ascoltatrice uscì con essa al Parlatorio, e stando parlando con quello, disse alla Deponente, che si ritirasse un poco, e sembrando ad essa Dichiarante, che gli volesse dire qualche cosa particolare, per l'antico costume che aveva di sapere le virtù della detta Serva di Dio, e sembrandogli, che quel, che gli voleva dire, riguardasse la miracolosa Sanità, che ricevuta aveva detto suo Fratello, per informarsi vie più di questo mistero, curiosamente fece segno di allontanarsi, ed intanto rimase in un luogo, ove potesse sentire, e vedere, che la Serva di Dio si approssimò alla Grata, e disse a detto suo Fratello, che Sua Divina Maestà gli avea accordati altri otto anni di vita, durante i quali egli procurasse servirlo coll'osservare la sua Divina Legge, e de santi suoi Comandamenti*, & fol. 387. ter. = *sapendo essa Deponente, che Diego Bernardo de Villada visse nello spazio de i riferiti otto anni, che la detta sua Sorella gli aveva pronosticati, a capo de quali sà, che morì*.

210 Frustraque Animadversiones *non esse* dicunt, *facienda mala, ut inde eveniant bona*, quia, quum de re non agitur *genere suo* mala, si qua justa, ac rationabili, in aliquo particulari casu intercedente causa, id fit, quod aliàs esset vetitum, haudquaquam fit malum, sed quod generice est prohibitum, ex ipsa prohibentis mente, quæ solum attendit ea, quæ com-

muniter accidunt, reliqua vero prudentia quadam, atque epicheia dijudicanda relinquit, in generali prohibitione non comprehensum, sed permissum, censetur, ut late apud S. Thom. 2. 2. *quæst.* 120. *art.* 1., ibique Card. Caietanus, & Porrecta, & Card. de Aguirre *de Virtut.*, *& Vitiis Disput.* 10. *quæst.* 7. *Sect.* 2., *&* 3.. Et revera quidem = *excipienda semper sunt quædam a generali sermone, ad civilem modum scilicet*, ut totidem docet verbis Gujac. *Oper. Tom.* 5. *col.* 777. *lit. E.*

§. III.

211 *Virtutum in Dei Famula fulgor, seu Relevantia densa veluti obducta caligine, adhuc obtenebrari visa est plerisque ex RR. Consultoribus. Quamvis enim, ut verum fatear*, (sunt doctissimi Fidei Promotoris verba pag, 10. §. 27.) *inter Acta individua in omnes Ven. Dorotheæ ætates distributa, nonnulla recenseantur, quæ CONSUETAM JUSTORUM AGENDI RATIONEM EXSUPERARE videantur, quæque persuadeant, Venerabilem Christi Ancillam ITA SEMPER VIXISSE, UT EJUS PROBARETUR FIDES, INTEGRITAS, ÆQITAS, DEMISSIO ANIMI, AC FLAGRANTISSIMA IN DEUM, ET HOMINES CARITAS; quamquam ejus FORTIS ANIMI, ET MAGNI non obscura a Testibus oculatis Ordinariæ Inquisitionis exhibeantur indicia, atque argumenta, desumpta partim A RERUM EXTERNARUM DESPICENTIA, INVICTAQUE TOLERANTIA, MOLESTISSIMARUM ADVERSITATUM ex ægritudine corporis, ex oculorum læsione, ac præterea ex contradictionibus, objurgationibus, calumniisque susceptarum; partim a rebus, quas gessisse commemorant*, MAGNIS, ET MAXIME UTILIBUS, ET VEHEMENTER ARDUIS, QUALES NIMIRUM GERI CONSUEVERUNT AB HOMINIBUS A DEO MISSIS, UT SINT ALIORUM DUCES IN SEMITA PERFECTIONIS, PRIMÆVIQUE AUTHORES ARCTIORIS DISCIPLINÆ OFFICIORUM EVANGELICORUM; *verebantur nihilominus amplissimi Patres, ne Elenchus, sive Expositio Virtutum a Causæ Patronis exhibitus, satis accurate fuerit contextus. Nam si ii de medio tollantur virtutis actus, qui vel pluribus virtutibus æque conveniunt, vel communem agendi modum non excedunt, vel a genericis pendent Testium dictis, vel denique extrajudicialibus sunt innixi monumentis, paucos remanere ajebant Actus vere heroicos, specificos, atque individuos singularum Virtutum; & illos ipsos Actus, qui heroica qualitate præditi exhibentur, nulla certe temporis nota consignari; solisque ut plurimum Monialium depositionibus niti; non quod istas a testimonio ferendo excludendas esse existimarent, sed quia omnia corroborata optassent Confessariorum dictis.*

212 Lætissimo Postulatores animo talem, tamque egregiam heroicarum Dei Ancillæ virtutum, ipsiusque sanctissime totas per ætates actæ vitæ approbationem, commendationemque, meritam omnino ac debitam, ex Animadversionibus intellexere; Maximopere vero dolemus ipsi, amplissimos PP. nullo jure, nullaque ratione veritos fuisse, ne elaborata a nobis *Virtutum Expositio* satis accurate fuerit contexta. Ecquænam, amabo eos, quæ Testes tum in Summarium relati, tum diligenti Processus evolutione in medium producti, Dei Ancillam gessisse tradunt, quæ vel prætermissa fuere, vel non dilucide narrata, vel non apte disposita, locoque, ordine, serieque sua sub unaquaque, ad quam pertinebant, virtute collocata?

At

213 At Suffragatoribus amplissimis paucos visum fuit actus esse vere heroicos, specificos, atque individuos singularum virtutum: sed, si res ita se haberet, quid hoc sodes ad minus accurate contextam Expositionem Virtutum? Plures ne sunt *a nobis* Virtutum actus comminiscendi, atque promendi, quam quos memorant Testes? *Ut Faber*, (recte ad rem usurpare liceat Tullii verba in Fragment. lib. 3. de Natura Deor.) *cum quid ædificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea utitur, quæ sit parata: Fictorque item e cera: Sic nobis materiam præsto esse oportuit, non quam ipsi faceremus, sed quam haberemus paratam.*

214 Verum eamdem Expositionem studiosius evolventibus, accuratius contemplantibus, resque ipsas cum adjunctis suis, justi, verique trutina expendentibus, non pauci, sed plurimi certe quidem occurrent actus, qui tum *genere suo*, tum ex *comitantibus circumstantiis*, (ex quibus frequentius, quàm ex ipsa magna per sese, arduaque actuum natura, quorum exercendorum opportunitas perraro se offert, uti monet Card. Bona *in Princip. Vit. Christian. part.2. cap.2.* = *Magnæ occasiones serviendi Deo, actusque heroicos virtutum exercendi RARISSIMÆ SUNT*, heroicitatem constat esse metiendam) longe, multumque consuetum Justorum agendi morem exsuperant, atque heroicitatis fulgore refulgent; ita ut isthæc de heroicorum actuum inopia dubitatio ex Facto ipso procul ab hac Causa removeatur.

215 Hos ipsos vero heroicos actus perperam ex adverso asseritur *nulla temporis nota* in eadem Expositione *consignari*; Quum enim plerique per diuturnum temporis spatium fuerunt continuati, non aliud profecto, nec melius, nec rectius fieri potuit, quam quod præstitum fuit, nimirum indicare tempus, & annos, quibus quisque Testis cum Dei Famula vel familiaritate usus fuit, vel simul vixit: Ceteri vero, quum nulla anni nota a Testibus consignentur, ad certum tempus divinantes ipsi referre nequivimus, sed, cognitis annis, quibus Testes in Dei Ancillæ familiaritate versati sunt, etsi ipse annus non liquet, certum tamen quoddam constat temporis spatium, intra quod evenerunt.

216 Quod vero, juxta amplissimorum PP. opinionem, *ii de medio tollendi erant virtutum actus*, qui *vel* pluribus virtutibus æque conveniunt, *vel* communem agendi modum non excedunt, *vel* a genericis pendent Testium dictis, *vel* extrajudicialibus sunt innixi monumentis, isthæc *quadripartita* opinio, pace eorumdem amplissimorum PP. dixerimus, in summa inanitate versatur. Et inanis quidem prima est hujusce opinionis pars, quod aliqui in eamdem Expositionem relati sunt actus, *qui pluribus virtutibus æque conveniunt*; quum tantum abest, hos de medio tollendos fuisse, ut potius, quum ad illos edendos plurium virtutum consensus conspiret, earumdemque societatem, conjunctionemque requirant, non uni tantum probandæ virtuti, sed ceteris etiam, quarum sunt participes, quasque complexu tenent suo, confirmandis mirifice deserviant, ex receptissima Theologorum sententia, de qua S. Thomas 1. 2. *quæst.* 20. *art.* 3. *in Resp.*, & 2. 2. *quæst* 32. *art.* 1. *ad* 2., & *quæst.* 124. *art,* 2. *ad* 2., ibique Cajetanus, Card. Bona *in Princip. Vit. Christian. part.* 1. *cap.* 50., Card. Gotti *Theolog. Tom.* 7. *quaest.* 3. *Dub.* 5. §. 1. *num.* 3., Cornel. a Lapide in illud Eccli cap. 35. = *qui conservat legem multiplicat oblationem*, & in Cantic. 1. 15. *in secundo sensu.*

217 Levissima & altera est opinionis pars de actibus, *qui communem agendi modum non excedunt*; Neminem quippe præterit, non eam hisce in Causis

ſis virtutum probationem eſſe neceſſariam, quæ ſolis actibus heroicis innitatur, ſed ſufficere quamplures eſſe hujuſmodi, ut quis Heros recte judicetur; ut bene cum Cardinali Capiſuccio his verbis notat Matta *de Canonizat. SS. part. 4. cap. 6. num. 2.* = *ad Heroem conſtituendum OPUS NON ESSE, ut quis virtutibus pollens, eis OMNIBUS IN GRADU HEROICO polleat, ſed SATIS ESSE, SI ALIQUIBUS TANTUM VIRTUTIBUS HEROICIS EXCELLAT, UT HEROS ABSOLUTE DICI POSSIT,* & Card. de Lauræa *in 3. Sentent. tom. 2. diſput. 4. art. 5. num.* 84. ibi = *Licet NON SIT NECESSARIUM, ut ſemper eis* (virtutibus) *uſus ſit Servus Dei beatificandus; neque UT OMNES FUERINT IN GRADU HEROICO, quia S. Hieronymus exiſtimat, id nunquam accidiſse.*

219 Hinc Pſalmo 44. 10. dicitur = *Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu DEAURATO* = *Non dixit*, (inquit S. Jo. Chryſoſtom. *in Eutropium* §. 14. *Oper. Tom. 3. pag.* 400.) *in auro; attende: vox hæc magnam habet ſententiarum nobilitatem. Non dixit, in auro, ſed, deaurato. Solerter audi. Aureum veſtimentum, totum eſt aureum; deauratum vero quaſdam aureas, quaſdam ſericas partes habet.*

220 Actus vero illi, qui piis viris communes eſſe videntur, non ipſi ſeorſum per ſeſe ſpectandi, ſed cum actibus qualitate heroica præditis, ad conſtantem abſolutamque animi in virtutibus aſſidue exercendis perfectionem comprehendendam, coniuncti, conſociatique ſunt expendendi. Immo hos ipſos non modo robuſtum gignere virtutum habitum tradunt Cornel. a Lapide *in Eccli* 19. 1., Raynaud *Oper. Tom. 4. pag. 71. ad fin. & ſeq.*, & Contenſon. *Theolog. Ment. & Cord. lib. 8. diſſert. 1. cap. 1. Specul. 3.*, verum etiam eorum per diuturnum temporis ſpatium conſtantiſſime productum exercitium ad heroicitatis quidem gradum, ſi non ratione magnitudinis ipſorum actuum, ex ipſa certe diuturna exercitatione, quæ difficultatem maximam habet, evehitur, ex S. Thomæ doctrina 2. 2. *qu.* 137. *art. 1. in Reſp. in corp., & art. 3. ad* 2. ibi = *in parvis, & mediocribus diu perſiſtere habet difficultatem, etſi non ex magnitudine actus &c., ſaltem ex ipſa diuturnitate.*

221 Tertia denique opinionis pars de *quibuſdam genericis Teſtium dictis*, ſi hæc accuratius, uti oportet, excutiantur, omni Facti fundamento carere deprehenditur; Quæ enim ampliſſimi PP. putarunt, ea non ſunt vere generica; cuiuſmodi ea tantum ſunt, dum Teſtes, nulla actuum factamentione, ipſa tantum, in quibus Dei Famulam excelluiſſe dicunt, *virtutum genera* attingunt; ſed quædam univerſalis ſunt plurimorum individuorum actuum comprehenſio, in quibus Dei Ancilla non ſemel, iterumque, ac raro; ſed vel quotidie, vel frequentiſſime multos annos verſata eſt; quam actuum frequentiam, continuationem, diuturnitatem, vix, & ne vix quidem, alio modo, quam ipſorum declarata natura, & qualitate, univerſali quodam ſermone poſſunt Teſtes explicare. Cuiuſmodi univerſalis actuum complexio, ſingulorum quidem cumulum ſignificat, ſpecificam vero, peculiaremque eorumdem actuum naturam, eſſentiamque non intervertit; quæque ad comprehendendum virtutum habitum, de ipſiſque decernendum virtutibus, maxime admodum accomodata eſt; ut, miſsis Pragmaticis, luculenter evincitur ex ſapientiſsimo Pontifice Benedicto XIV. *lib. 3. cap.* 23., & 24., ubi ſparſim ejuſmodi univerſalem actuum complexionem inter cujuſque virtutis ſpecialia recenſet.

222 Poſtremum pariter infirmum eſt, quod objicitur de aliquorum actuum probatione *extrajudicialibus innixa monumentis*, *ni*mirum (ut pag. 12.

 §. 10.

§. 30. animadvertitur) Atteftationibus *Mariæ a S. Maria*, Germanæ Dei Ancillæ, *ac M. Agnetis a S. Augustino*, quibus *non major*, *quam Historicis quibusque coævis fides*, *& authoritas habenda esse videatur*; Quandoquidem, tametsi Animadversionibus concederemus, memoratas Atteftationes non majorem fidem, authoritatemque promereri, quam coaevi obtinent Hiftorici, quos plane conftat *gravis adminiculi* vim habere, sunt ne idcirco virtutum actus his monumentis innixi de Expositionis Virtutum medio tollendi? Hactenus in controversiam, contentionemque non venit, Hiftoricos in his Caufis, etiam in quibus probationes directæ sunt necessariæ, ad judiciales Probationes adjuvandas omni jure esse admittendos, uti docent Bened. XIV. *lib. 3. cap. 8. num. 6.* = *eos* (Hiftoricos) *vim habere validi adminiculi*, *sive agatur de miraculis*, *sive DE VIRTUTIBUS*, *in Causis*, *IN QUIBUS PROBATIONES DIRECTÆ SUNT NECESSARIÆ*, *admittitur AB OMNIBUS*: *& favet praxis S. Congregationis*, & Matthæuccius *in Prax. ad Caus. Beatific. lib. 3. cap. 6. §. 2. num. 23.* = *Quod Historiæ referentes virtutes Servorum Dei ab iis conscriptæ*, *qui fuerunt illis contemporanei*, *& ea scripserunt*, *quæ viderunt*, *adminiculum exhibeant*, *& coadjuvent probationes juridicas super vita Servorum Dei*, *non controvertitur*.

223 Verum enim vero, quamquam, ad Atteftationem quod pertinet, *a Matre Maria a S. Maria*, *Dei Ancillæ germana*, exaratam, ingenue fatemur, eam validi adminiculi pondus non superare, juxta ea, quæ monet Bened. XIV. *lib. 3. cap. 10. num. 13.*; contendimus tamen, firmiterque tuemur, quæ de Ancilla Dei tradit *M. Agnes a S. Augustino*, ea non extrajudicialis Atteftationis, sed *judicialis testimonii* vim, authoritatemque promereri. Hoc eft autem in Facto proponendum, quod eadem M. Agnes una ex ceteris erat Monialibus, quæ suas coram Judice Ordinario solemnes edere debebant testificationes; at, quum anteaquam Testium examini manus admoveretur, lethali fuisset morbo correpta, ne virtutum Servæ Dei ipsi Moniali cognitarum probatio deperiret, *ex Ordinarii auctoritate*, quam Conventus Visitatori, & cuidam Notario specialiter delegavit, quæ de Ancilla Dei paulo ante, ipsius Visitatoris jussu, conscripserat, quum pro gravitate morbi voce teftari non posset, ea omnia coram eodem Delegato, ác Notario, vera esse religioso jurejurando sanctissime affirmavit; exeodemque paulo poft morbo decessit.

224 Conftant hæc omnia *ex Proc. fol. 117. ter. & seq.* = *acciocche non manchi una sì pia memoria &c. al presente uno de' Testimonj*, *che devono deporre in detta Informazione*, *Religiosa &c. chiamata la M. Suor Agnese di S. Agostino trovasi inferma con grave pericolo*, *laonde si teme*, *che non lo potrà scampare*; *e siccome essa &c. scrisse di suo carattere*, *e sottoscrisse un Quinternolo di tutto quel che sapeva di detta sua Fondatrice per deporlo nel tempo dell' Informazione &c.*, *perciò supplico V. S. a volersi compiacere ordinare*, *e commettere questa diligenza &c.* Sequitur Delegatio Judicis Ordinarii in hæc verba = *Il Dottor D. Luigi &c. Governadore*, *Provisore di Siviglia*, *e suo Arcivescovado diede commissione a Giovanni di Orbanexa Notaro*, *e Procuratore di questa Udienza*, *che si porti in compagnia del Signor Visitatore del Convento di Nostra Signora dei Re &c.*, *al detto Convento*, *e riceva la Dichiarazione di Suor Agnese di S. Agostino Religiosa &c.*, *facendogli le domande necessarie al caso*, *e praticando le rimanenti diligenze opportune &c. giacchè per tutte le predette cose*, *e per qualsivoglia altra dipendente GLI DO LA COMMISSIONE NELLA DEBITA FORMA*; atque fol. 179. ter. & seq. judicialis Actus le-

legitur expletus *die vigesima septima Mensis Maii anni* 1730. , quo eadem M. Agnes a S. Augustino coram iisdem Delegatis recognovit suum characterem , omniaque , quæ scripserat vera esse juramento firmavit = *dicendo , che conteneva tutto quello , che essa aveva veduto , e saputo circa la vita , e virtù della M. Suor Francesca Dorotea &c. AVENDO LA MEDESIMA SVOR AGNESE di S. Agostino GIURATO per Dio Nostro Signore , ed un segno di Croce , prout de jure , esser vere tutte le sudette cose .*

224 His autem positis , & quod specialis Ordinarii auctoritas intercessit , & quod ipsa M. Agnes coram Delegatis ab eodem Ordinario , vera esse omnia , quæ scripserat , interposito juramento , affirmavit , utique exarata ab eadem virtutum Servæ Dei Relatio perinde in Jure habetur , ac *judiciale Testimonium* , in legitimæ Probationis gradu collocandum . Parvi eo referente , quod *scripto* , & *non voce* editum fuerit ; quia , (quidquid in Processibus Apostolicis ex peculiari Remissorialium Litterarum lege obtinet) justa aliqua intercedente causa , quæ in hoc casu gravissima , ac necessaria fuit , ejusmodi scripto consignata testimonia recipiuntur , receptaque ad probationem faciendam admittuntur , ut disertissime docent Covarruvias *Var. Res. lib.* 2. *cap.* 13. *num. 6. in fin. = poterit juratus Testis scribere proprium testimonium , & ita scriptum Judici tradere coram Tabellione , etiamsi id non legat &c. , ex aliqua justa causa , nempe quod Testis morbo impeditus loqui impediatur , siquidem tunc optime poterit testimonium a Teste jurato scribi , Judicique tradi præsente Tabellione , UT EX EO CAUSA VALEAT DEFINIRI* , Monticellius *de Test. inter Tract. Magn. Tom.* 4. *fol.* 259. *ter. col.* 2. = *Testis Testimonium suum in scriptis Judici tradere potest ex causa* , Farinacius *Quæst. Criminal.* 80. *num.* 49. = *ex causa Judex potest admittere Testem tradentem suam depositionem in scriptis* , & prius *num.* 39. = *potest testificando Dictum suum tradere in scriptis &c. , qui propter aliquem morbum expedite loqui impeditur .*

226 Eo vel maxime quod prædicta M. Agnes a S. Augustino ex eo , quo tum laborabat , morbo non convaluit , ut potuerit formiter postea examinari; quo spectato ejus obitu , perinde plane haberi debet , atque rite , & valide examinata fuisset , ex juribus apud Rotam cor. Molines *dec.* 477. *n.*8. *&* 9. ibi = *In nihilo relevante , quod Testes uti examinati ad perpetuam non probent &c. Domini animadverterunt , quod cum dicti Testes jam lucis usuram amiserint , & stante illorum obitu nequeant repeti , in hoc casu ex æquitate Juris eisdem OMNIS FIDES PRÆSTANDA VENIT, AC PLENE PROBANT &c. , ea accedente ratione , quia Mors supplet quemcumque defectum , & Testes HABERI DEBENT PRO RITE , ET VALIDE EXAMINATIS* , & cor. Lancett. *decis.* 425. *num.* 4. , *&* *decis.* 1272. *num.* 11., & recent. *dec.*163. *num.* 13. *par.*19. ibi = *Licet non fuerit formiter examinatus , nihilominus , quia in lecto jacens paulo ante obitum medio juramento recognovit attestationem a se factam , & cum non potuerit formiter examinari propter mortem superventam , credendum est , quod veritatem dixerit , maxime quia , ut eventus docuit , erat jam moriturus , unde nullo modo præsumendum est , quod voluerit mentiri in damnationem propriæ Animæ , quæ de proximo tremendum Dei judicium erat subitura .*

227 Illud restat , quod præstantissimi Suffragatores *omnia* in eadem Virtutum Expositione proposita *corroborata optassent Confessariorum dictis* , qui pauca loquuntur ; sed jam in superiori Capite *de Probationibus* palam fecimus,

 Dei

Dei Famulæ Confessarios, non pauca, sed multa, eaque præclara, de ipsius vitæ ratione, virtutibusque referre. Addimus modo, Confessariorum testimonia, etsi in his Causis utilia, minime tamen esse necessaria, ut elegantissime docet, deque istius S. Congregationis praxi testatur, Benedictus XIV. *lib.3. cap.7. num.3.* = *Usque adhuc nulla lata lex est, quæ examen Confessariorum in hisce Causis exposcat tamquam necessarium &c. Tum antiquis, tum recentioribus temporibus plures Causæ favorabilem exitum habuerunt, in quibus Confessarii examinati non fuerant, imo & in quibus ipse tamquam Fidei Promotor defectum eorum examinis totis viribus opposui.*

228 Neque in hac Causa (ut pergunt Animadversiones *pag.11. §. 18.*) Confessariorum testimonia *omnino necessaria erant, ut rite recteque dignosci posset, quo spiritu duceretur Serva Dei in extraordinariis sui corporis afflictationibus; quem meditationis gradum attingeret fervens ejus, ac jugis ORATIO; & a visionibus, revelationibus, aliisque supernis muneribus, periculum illusionis abesset;* Præterquamquod enim ex iis, quæ Dei Ancillæ conscientiæ Moderatores testati sunt, aliisque, quæ ex auditu ab iisdem ceteri narrant Testes, satis hæc omnia liquent; atque, ut strictim aliqua ex propositæ objectionis ordine attingamus, quod *spiritu Dei* in extraordinariis sui corporis afflictationibus duceretur, ipsius Confessarius P. Magister Osorius prædicabat, ut de auditu ab eodem testatur Testis V. *Proces. Ordin. fol.344. ter. & seq.* = *la Dichiarante un giorno parlando col Maestro Osorio &c Confessore che fu &c della Serva di Dio &c., disse a questa Dichiarante esso Religioso &c., i rigori, e penitenze della Serva di Dio, che non erano imitabili &c., stante che queste erano opere sopranaturali, che la sudetta Serva di Dio faceva per ordine di Nostro Signore.*

229 Quem meditationis gradum fervens ejus jugisque attingebat Oratio, satis evincitur ex P. Monterio S. D. Confessario *Summar. pag. 114. §. 38.* = *Faceva grande orazione, senza stare giamai in ozio, ma sempre trovavasi occupata nelle istesse sue occupazioni, che aveva, sempre stava innanzi gli occhi di Dio, e lo teneva presente,* nec non ex P. Petro a Jesu Teste XLV., qui ab ejus consiliis fuit, *Proc. fol. 1044.* = *Caminava sempre alla presenza di Dio, ed in orazione, e venne ad acquistare un'abito in ciò, che trovava Dio in tutte le cose, e sembra, che tutti li luoghi gli servissero di Oratorio, e li negozj di ritiro, e sebbene aveva, come ha detto il Deponente, continua orazione, e caminava alla presenza di Dio in tutti li tempi, e luoghi, nulladimeno, ove più si deliziava, era nell' orazione lunga, libera, e ritirata da tutti, e singoli negozj, come seguiva a mezza notte, e prima della mezza notte, ove impiegava molte volte tutta la notte infino alla mattina, ricevendo da S. D. M. singolari favori, e grazie, come si rilevava dagli effetti grandi, che ne ricavava, mentre alcune volte pareva, che si abbrugiasse.*

230 Procul denique a supernis muneribus periculum illusionis abfuisse, testatur prædictus P. Monterius S. D. Confessarius *Proc. fol. 224. ter. & seq.*, ubi quod P. Magister Didacus Calaorranus eximius inclyti Ordinis S. Dominici Theologus, aliique insignes ab eo ad consilium advocati Theologi = *tutti convennero, che tutte le cose, in cui si faceva difficoltà, erano favori del Cielo degni di esser stimati, e che nella persona sudetta* (Ven. Dorothæa) *NON VI ERA COSA, CHE POTESSE CAUSARE SOSPETTO, laonde non si potesse dire, che era molto Santa.*

231 Verum præterea eadem recurrit responsio, quod de his omnibus non ita Confessariorum necessaria est testificatio, ut, ea deficiente, de iis judicium

cium ferri non possit, quum de his, ceterisque rebus, ex externis actionibus, quas unas spectat Ecclesia, sit judicandum; ut egregie ad rem nostram memoratus Pontifex *lib.*3. *cap.* 26. *num.*9. = *Examen Confessariorum in hisce Causis prodesse utique maximopere poterit, ut dignoscatur, an Dei Servi meditationi, & contemplationi vacaverint, quales fuerint ipsorum meditationes, & contemplationes, qualem fructum ex his hauserint &c. Deficientibus vero hisce probationibus, QUUM JUDICIUM DESUMENDUM SIT AB EXTERNIS, primum desumi poterit ab Ectasibus, si forte contingant &c., a tempore, quo Dei Servi permanent in oratione &c.*, & prius *cap.*7. *sub num.* 2. *&* 3., ubi de se loquens, quum Promotoris officii munere fungeretur, sic ait = *In Causis, in quibus Confessariorum attestationes non producebantur, deficere ajebam probationis pondus, cum ex solis dictis Confessariorum conscientiæ puritas deprehendi possit. Quando postea in Sacris Congregationibus suffragium meum uti Consultor pro veritate exposui, semper sensi, non esse Causæ imponendum silentium ex defectu examinis Confessariorum*, CUM ECCLESIA JUDICET DE EXTERNIS, *& heroicæ virtutes Servorum Dei probari possint dictis aliorum Testium fide dignorum, qui frequentiam dictorum actuum cognoverint, & viderint. Eodemque modo Dona supra naturam probari valeant &c.*, *ita, ut examina hæc Confessariorum* NON INTER NECESSARIA *&c. videantur esse recensenda*.

§. IV.

232 Quædam Animadversiones *pag.* 11. *sub* §.28. obiter attingunt *de phrasibus obscuris, quibus redundant Epistolæ Servæ Dei ad suæ conscientiæ Moderatores datæ*; at quoniam de his uberiorem deinceps orationem instituunt, opportunior tum erit nobis de iis differendi locus.

233 Incœptumque de virtutibus sermonem prosequentes, ad illud pergimus, quod INNOCENTIA VITÆ Servæ Dei, etsi *comprobatur quidem testimonio quatuor Confessariorum, tum aliorum Testium de auditu ab iisdem Confessariis, de quorum fide, & scientia dubitari non potest; at, quum hi non semper Ven. Dorotheæ confessiones exceperint, nec illorum aliquem ipsi in extremis vitæ periodis sese generaliter confitenti aures præbuisse constet, consummatæ, servatæque ad mortem usque Innocentiæ satis certa, & concludens minime resultat probatio*; ut in Animad. pag. 11. §.29.

234 Etsi autem illud verum dicere possumus, quod *Innocentiæ vitæ* probatio non ita Confessariorum testimoniis necessario inniti debet, ut, si vel hæc fortasse desint, vel non totum ipsum vitæ tempus complectantur, debilis, atque manca videatur; sed ex aliis recte desumitur Testibus, qui institutum a Dei Famula ab ejus ineunte ætate sanctissimum vitæ genus, externaque ejus recte facta, quibus totam vitam refulsit, quæ interiorem animæ puritatem, integritatemque manifestant, concordi voce testantur, ut liquet Benedicto XIV. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 10.; ubi addit, quod recte idcirco S.Bernardus *pro S. Malachiæ Episcopi innocentia astruenda, & sanctitate, testes vocat, qui ejus externos actus viderunt, & noverunt*. Etenim vero nulla major, certiorque vitæ integritatis datur probatio, quam quæ ex recte factis desumitur: dicente Christo Domino *Matth.* 7. = *a fructibus eorum cognoscetis eos*; cujus dicti rationem reddens ait = *non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere*; & eleganter monet Augustinus *in Psalm.* 149. his verbis = *video, quid cogitet. Et, inquis, vides, quid cogitet? Facta indicant. Nam oculus in conscien-*

scientiam non penetrat. Attendo, quid agat, & ibi intelligo quid cogitet; Non eni misfructus ostenditur, nisi factis; unde dictum est: ex fructib useorum cognoscetis eos.

235 At in hoc casu de consummata, servataque ad obitum usque vitæ innocentia ex ipsis etiam Confessariis liquet: Etsi enim horum nemo Ven. Dorotheæ in extremæ vitæ periodis *generalem confessionem* audivit, non ita tamen Innocentiæ probatio generali confessioni proximo morti tempore peractæ alligata est, ut, hac deficiente, corruat, nequeatque alio modo subsistere; verùm etiam, imo multo maxime, ex peculiaribus ad obitum usque continuatis confessionibus emergit, iisdemque firmiter inhæret.

236 Porro D. Joannes de Salinas Testis XXXII. Proc. Ordinar. *generalem* Dei Famulæ *confessionem* excepit intra quindecim postremos suæ vitæ annos, atque totum hoc annorum spatium ab ejus confessionibus continuo ad obitum usque fuit, *Summar. pag.63.* §.79. = *Per quello, che spetta al non aver perduto la Serva di Dio la grazia battesimale, il Testimonio lo sà benissimo per averla confessata &c. per lo spazio di quindici anni* CONTINUI, *ed* IN QUESTO TEMPO LA CONFESSO' BEN ANCHE GENERALMENTE; *laonde conobbe la gran purità della sua anima*, & Proc. fol.976. ter. = *la confessò* DEL CONTINUO *nelli quindici anni posteriori* SINO ALLA SUA MORTE, ALLA QUALE SI TROVO'. Quum autem memoratus Sacerdos de Salinas, post auditam generalem Dei Ancillæ confessionem, ipsius peculiares continuo usque ad mortem excipere perrexerit confessiones, non utique alia prope mortem generalis requirenda est confessio, quum peculiares confessiones intra totum hoc tempus peractæ, simul junctæ, parem profecto, ne majorem dicamus, atque confessio generalis, ad probandam vitæ integritatem perpetuo servatam, vim habent, atque auctoritatem; nec in jure interest, utrum totum tempus universaliter probetur, an ex singulis ejus partibus totius temporis probatio conficiatur, ut apud Rot. *cor. Coccino dec.* 493. *num.* 13. ibi = *Sicut enim in integrali toto comprehenditur quælibet ejus pars, ita* IN OMNIBUS PARTIBUS SIMUL SUMPTIS TOTUM CONTINETUR.

237 Huic ordinario Dei Ancillæ Confessario extraordinarius accedit D. Franciscus de Castillo Testis LXIX., qui intra hos ipsos postremos ejus vitæ annos multoties ipsius confessiones audivit = *la confessò molte volte per il tempo di quattordici anni sino a tanto, che morì*, Proc. fol. 1141.; cujus dictum refertur *in cit. Exposit. pag.* 45.

238 Atque ad hos Confessarios si ceteri adjungantur, quorum testimonium *in eamdem Expositionem loc. cit.* transcripsimus; atque inprimis P. Monterius, nec non quæ de vitæ innocentia alii prædicabant Confessarii, prælertim P. Petrus a Matre Dei, qui ipsius generalem confessionem audiverat, *de quibus late ibidem*, plane ex his omnibus, simul cum vitæ sanctitate externis actibus manifestata, ea plena, atque perfecta perpetuo servatæ innocentiæ exurgit probatio, qua plenior, perfectiorque desiderari non potest.

§. V.

239 *A Testibus parum ceteroquin idoneis ad faciendam fidem, & authoritatem viro prudenti de re gravi judicaturo, nullum prorsus* (inquiunt Animadversiones pag. 12. §. 31.) *fit verbum de heroicis tum Prudentiæ, tum Justitiæ actibus a Dei Famula exercitis toto eo vitæ tempore, quo Asceterio*

rio a se fundato præfuit, tamquam ceterarum Monialium Præses, & Moderatrix.

240 Sed posteaquam in superiori Capite *de Probationibus* copiose, luculenterque demonstravimus, nostros hujus Causæ Testes apprime idoneos esse *ad faciendam fidem, & authoritatem viro prudenti de re gravi judicaturo*, ut; nisi universa Juris elementa a fundamentis evertantur, in dubium vocari non possit, necesse utique non est, ut, quæ obiter in Animadversionibus repetuntur, pari nos prolatarum rationum repetitione, summo legentium fastidio, refellamus. In id igitur unum incumbemus, ut quæ *Monialium Præsidis, & Moderatricis* sunt *officia*, ea Dei Famulam, quum hoc in munere versata fuit, præclarissime implevisse omnia ostendamus.

241 Et quod primum maxime requiritur, ut Subditis, qui per exempla melius, quam per verba gradiuntur, vitæ viam vivendo denunciet, ut Gregorius inquit *Pastoral. part.* 2. *cap.* 3., hoc ipsum Dei Famula exemplum se præbens Monialibus, juxta Apostolum 1. *ad Timoth.* 4., *in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate*, cumulatissime præstitit, ut *ex sæpe memorata Virtutum Expositione per totam*.

242 Et quoniam omnis ratio, & institutio vitæ adjumenta hominum desiderat, quamquam ipsa Moderatrix, non res tamen de sua unius sententia gerebat, sed Subditarum consilium exposcebat, illudque, quum rectum, ac perutile esse intelligeret, posthabito suo, amplectebatur.

243 Testis III. Proc. Ordin. *Sor. Anna a Jesu Famula professa in d. Monast., æt. ann.* 44., quæ cognovit S. D. sexdecim annos, Summar. *pag.* 94. §. 43. = *Sapendo ben anche questa Dichiarante, che alcune volte la Serva di Dio interrogava colla solita sua modestia, ed umiltà le sue suddite le più minime del modo, che doveva tenere in alcune cose, mostrando in ciò diffidenza di se stessa, e confidando, che con quel mezzo Iddio gli somministrarebbe luce per operare più accertatamente, e di fatti l'otteneva da S. D. M. tanto superiore, come si esperimentava in tutto.*

244 Testis VI. M. Maria a Passione *Monialis in d. Monast., æt. ann.* 39. quæ cognovit S. D. tredecim annos, *pag.* 95. §. 54. = *In quanto glie lo permetteva l'offizio di Prelata, e senza pregiudizio di esso, chiedeva consiglio, e parere alle sue suddite, e se gli pareva proprio lo seguiva, abbandonando il suo.*

245 Concordant ex Proc. Apost. Testis III. *pag.* 68. §. 21., Testis V. *pag.* 91. §. 28., & Testis XVIII. *pag.* 93. §. 39.

246 Moderatricis munera duo maxima sunt: *alterum* ut eradicet quod pravum est: *alterum* ut serat, quod sanctum, & perfectum est; quæ utraque Dei Famula mirum in modum explevit. Et primum quidem; simul namque, ac aliquid in Monialibus a virtutis perfectione devium videbat, quod quandoque, abdita earumdem corda Divina illustratione scrutata, intelligebat, ferventibus monitis, atque, cum oporteret, reprehensionibus utebatur, ut, a quocunque pravo affectu liberæ, cogitationes, moresque suos ad Dei, cui se devoverant, voluntatem sanctissime conformarent.

247 Testis II. Proc. Ordinar. *R. M. Anna a Cruce Priorissa d. Monast. ætat. ann.* 50., quæ cognovit S. D. decem circiter annos, *Proc. fol.* 240. *ter.* = *giudica di certo, che essa penetrava l'interno delle Religiose, mentre in certa occasione fece capire alla Dichiarante alcune mancanze occulte, che aveva commesse, quali essa riconobbe in se, ch'erano certe, e vere.*

248 Testis V. M. *Antonia a Præsentatione Monialis dicti Monast. ætat. an.* 50. quæ cognovit S. D. octodecim annos, *Proc. fol.* 371. *ter.*, *& seq.*, ubi, quod

quod ipsa Testis = *si trovava, e si sentiva talmente afflitta interiormente, ed esteriormente, che se Iddio non gli avesse tenuta sopra la sua mano, sembra alla Deponente, che colle proprie sue mani si sarebbe tolta la vita, e soffrendo questa intollerabile disperazione, ed afflizione, concependo temerarj pensieri, e pareri indegni della propria sua persona, e stato, che aveva, di maniera tale, che gli sembrava, che Dio l'avesse consegnata nelle mani dei Ministri infernali, acciocche la vendicassero delle offese, e mancanze di quella corrispondenza, che doveva essa a Sua Divina Maestà, e trovandosi essa Deponente in un tale stato, fù chiamata un giorno dalla Ven. Madre a solo a solo, e con parole amorose, e piene di carità gli disse; che cosa ha la Carità vostra, che stà così melanconica? al che essa Dichiarante rispose con alterazione, e rancore = e che vuole, che abbia? mentre se Iddio non mi avesse tenuta la sua mano di sopra, io di già mi sarei tolta la vita = al che replicò la Serva di Dio con il viso piacevole, allegro, ed amabile come prima = per altro parlando con qualche specie di dispiacere = ella è figlia di Dio? Ella è Sposa sua? e perchè dunque pone in non cale le sue misericordie. Io so, che se Sua Divina Maestà non riguardasse la vostra semplicità, vi aurebbe castigata con quel rigore, che merita: Sia dunque ella grata, e si penta = ed immediatamente mutando questo suo rigore in parole blande, ed amorose tornò a riprenderla soavemente dicendo = e come è possibile, che voi teneste nel vostro petto tali, e tali pensieri? e gli riferì puntualmente quelli pensieri, che la Dichiarante aveva avuti, esortandola a non perdersi di animo nelle di lei persecuzioni, ed afflizioni, che sperimentava, perche Nostro Signore aveva da fare quel che voleva colla sua persona, con ciò rimase la Deponente talmente consolata, e fortificata, che non ostante che tornasse il Demonio a perseguitarla colle sue ordinarie molestie, pur nondimeno in tutte quelle si trovò, ed al presente si trova forte, e coraggiosa per patire per Sua Divina Maestà tutto quello, che sarà di suo gusto.*

249 Testis VI. *M. Maria a Passione* Monialis d. *Monast. ætat. ann.* 39., quæ cognovit S. D. tredecim annos, Proc. fol. 513. = *si vedeva concepire dispiacere in qualche difetto, che esprimentava commettersi dalle sue Religiose, solendo dire nei Capitoli, allor quando parlava con esse, che stasser o attente, perche nostro Signore non aveva fondato questo Convento acciò ve ne fosse uno di più in Siviglia, bensì acciò che fosse questa casa un giardino, in cui Sua Divina Maestà si ricreasse.*

250 Testis XIX. Sor. Isabella a SS. Sacramento *Monialis Conversa in d. Monaster. ætat. ann.* 50. Proc. fol. 839. = *intese dire dalla M. Suor Luisa della Santissima Trinità al presente vivente, che non ardiva comparire innanzi la Serva di Dio, quando la trovava sola, perche gli diceva, e rivelava quel che aveva fatto, e quel che teneva nel pensiere, e che un giorno gli disse, che si andasse a confessare della tale e tal cosa, che aveva fatta: Similmente gli disse la M. Suor Antonia della Presentazione &c., che stando un giorno parlando con altre Religiose, si accostò alla medesima la Serva di Dio, e gli disse = perche impiega così male il tempo? Al che rispose essa = E che sa Vostra Riverenza di che parliamo? e la sudetta gli replicò = già so di che, parlavano di questo, e di quest'altro = e disse la verità, essendo cosa, che non poteva averla intesa.*

251 *M. Maria a S. Maria Monialis d. Monast. Germana S. D.*, quæ fere perpetùo cum ea vixit, *Proc. fol.* 153. = *A me diceva i pensieri più segreti, e mi avvertiva di alcuni di questi, che io stimavo buoni, avvisandomi, che con tali pensieri offendevo molto Iddio.*

252 Concordant *in Proc. Apostolico* de auditu, publica voce, ac fama Testis III. *Summar. pag.* 78. §. 10. = *essendo ugualmente vigilantissima nel tempo, che fù Priora del detto Monastero, nel riprendere quelli, che mancavano a questa obbligazione, anche nelle cose più leggiere procurando, che in tutto si uniformassero all'adempimento delle loro rispettive promesse*, Testis V. *pag.* 79. §. 17., & Testis XVIII., *pag.* 81. §. 24.

253 Quantum viribus eniti, consilioque providere, auctoritate monere poterat, tantum efficiebat, ut Subditas suas ad Deum ex toto corde diligendum vehementer impelleret, atque inflammaret, cujus ardentia studia successio prospera consequebatur.

254 Testis II. Proc. Apost. *de auditu ab antiquis Monialibus, publicaque voce, & fama*, Summar. pag. 53. §. 4. = *Esser cosa indubitata, che non solamente le parole, che accese col fuoco dell'amore Divino, imprimeva nelli petti delle Religiose, ed altre persone, che trattavano l'enunciata Serva di Dio, ma altresì le di lei opere, colle quali s'impiegava nell'indirizare fedeli all'istesso Divino amor*.

255 Testis III. *de auditu a Monialibus, ac publica voce, ac fama* pag. 54. §. 12. = *non solamente le parole, che la nominata Serva di Dio a guisa di accese scintille tramandava dal suo cuore per accendere li petti delle sue Sorelle, ed altri, che l'ascoltavano, nel fuoco del Divino amore, ma altresì li particolari esempi, colli quali, e colle sue opere vivamente l'istruiva nell'istesso Divino amore, come forzandoli ad oggetto, che amassero Sua Maestà; lo che sa &c. per quel tanto, che per rapporto al medesimo ha udito dalle persone, e Religiose da esso citate, esser stato, ed esser vero, publico, e notorio, publica voce, e fama*.

256 Concordant *in eodem Processu Apostolico* Testis V. *pag.* 56. §. 23., & de constanti traditione in eodem Monasterio, ac publica voce, & fama Testis XVIII. *pag.* 57. §. 36.

257 Vigilantissime curabat, ferventissimum Orationis amorem, quo ipsa ardebat, in Monialium corda infundere: eas hortari solita, ut summo mane ad orandum surgerent, nec paterentur a Passeribus vinci, qui diluculo Deum pro modulo suo commendant.

258 Testis III. *Sor Anna a Jesu Famula in d. Monast. ætat. ann.* 44., quæ cogonvit S. D. sexdecim annos *Sum. pag.* 59. §. 52. = *dicendo nei Capitoli, e nelle mattine di buon'ora esortando le Religiose, che si alzassero di buon'ora per fare orazione con le seguenti parole = alziamoci di buon'ora acciocchè i passaretti non ci precedino nel lodare Iddio = altre volte diceva = lavoriamo, perche ci aspetta per il riposo una buona eternità*.

259 Testis V. *M. Antonia a Præsentatione Monialis in d. Monast. ætatis ann.* 50., quæ cognovit S. D. octodecim annos, *Sum. pag.* 63. §. 76. = *avere essa dichiarante inteso dire molte volte dalla Serva di Dio prima, che facesse giorno, chiamando le Religiose al coro = alziamoci di buon' ora a lodare Iddio, acciocchè i piccoli passeri non ci guadagnino nella sollecitudine*.

260 Testis VI. Proc. Ordinar. *M. Maria a Passione Monialis in d. Monast. ætatis ann.* 45., quæ cognovit S. D. viginti annos, *Proc. fol.* 492. *ter.* = *avere essa deponente inteso dire alcune volte dalla Serva di Dio parlando con essa, e colle rimanenti Religiose, quando si alzavano la mattina per l'orazione, e per recitare Prima = Alziamoci di buon'ora per lodare Iddio, affinche non ci guadagnino nella sollecitudine i passaretti, mostrando con ciò l'affetto grande di amore a S. D. M. che per ordinarlo l'assisteva, infondendogli affettuosi fervori*.

261 Testis VII. *M. Dorothea a Purificatione Monialis in d. Monast. ætat. ann. 45.*, quæ cognovit S. D. viginti annos, *Proc. fol.* 535. = *intese dire la Deponente molte volte la mattina di buon'ora dalla Serva di Dio, quando dovevasi fare l'orazione, di cui era tale, e tanto il fervore, ed amore, che aveva in S. D. M., in cui accendeva vieppiù, ed edificava le Religiose quando gli sentivano dire le dette parole = Figlie alziamoci di buon'ora per lodare Iddio, prima che i Passaretti ci guadagnino nella sollecitudine.*

262 Quumque illud Rectoris præclarum sit, quum Subditis suis non dicit: *ito, facito*, sed *eamus, faciamus, me, meæque vitæ formam sequimini*, atque cum Apostolo ad Philipp. 3. = *Imitatores mei estote*, Dei Famula, tametsi detrita uteretur valetudine, atque oculis capta, senexque esset, Choro tamen tum die, tum nocte, ad persolvendas Deo laudes, magna spectantium ædificatione intererat, ut copiose, transcriptis Testium dictis, probatur *in cit. Expositione Virt. pag.* 51. *& seqq.*

263 At non solum Choro intererat, sed ceteris etiam Communitatis actibus, perdita licet valetudine affecta -- *sebbene si trovasse aggravata da questi dolori, ed infermità, non lasciava perciò d'assistere alla Communità nel Coro, Refettorio, ed in tutte il rimanente, che occorreva &c. teneva tutte in meraviglia, vedendo, che con la gravità della sua infermità non potendosi tenere in piedi, con tutto ciò faceva tutto, come quando stava sana, e bene*, juxta verba *M. Mariæ a Passione Testis VI. Proc. Ord.* quæ cognovit S. D. tredecim annos, Sum. *pag.* 117. §. 68.

264 Mœrentes, afflictasque Moniales materna charitate, precibus, consilioque suo, solatur, ac reficit, ingentemque earumdem animabus fructum præbet; ut *de facto proprio* nonnulli narrant Testes citati *in dicta Expositione pag.* 85. Testis III., *pag.* 86. Testis XXXIV., *pag.* 87. Testis LXXI.

265 Diffidentesque quarumdam Monialium animos ad concordiam feliciter reducebat; ut in *d. Exposit. pag.* 89. §. 66.

266 Præposita non dominabatur in Monialibus, sed eas, etsi Conversas, ut non coacte, sed sponte atque alacriter, quæ oportebant, exequerentur, rogare, atque obsecrare, nec nisi cum res deposcerat, imperio uti solebat.

267 Testis VI. Proc. Ordinar. *M. Maria a Passione Monialis in d. Monast. æt. ann.* 39., quæ cognovit S. D. tredecim annos, *Sum. pag.* 116. §. 60. = *Nel tempo, in cui fù Prelata si portò con tanta humiltà, carità, ed amor fraterno colle sue figlie, che benanche per chiedere, o commandare qualche cosa, come lo poteva fare precedentemente, la chiedeva, e pregava appunto, come averebbero potuto fare le più inferiori di tutte, dicendo = Vuol far ciò = Se bene ne i casi richiesti dall'autorità dell'Uffizio, che essa aveva, commandava colla qualità, e requisiti, che contribuivano ad un tal caso, pratticando ciò con amore, ed in guisa tale, che era di edificazione a tutte le Religiose.*

268 Testis XII. *M. Catharina a Visitatione Monialis in d. Monast. ætat. annorum* 42., quæ cognovit S. D. tres circiter annos, Proc. *fol.* 649. *ter.* = *Avvertì molte volte la Deponente, che sebbene essa fosse Superiora, e Fondatrice, quando in riguardo al suo impiego, e per qualche altra cosa che occorreva, doveva comandare a qualche Religiosa conversa, le quali precisamente si portano in Religione per occuparsi nei servizj di Casa, le faceva in guisa tale, che sembrava piuttosto chiedere con parole piacevoli, ed amorose di quello fosse il comandarglielo, dicendo loro =*

Suor N. faccia la carità per amor di Dio di far questo, vuole &c. = e con ciò mostrava i carati della sua virtù, umiltà, sapendo queste cose la Deponente per le ragioni di già allegate, e per averle vedute praticare.

269 Testis XVII. *Sor Marina a Christo Monialis Conversa in d. Monast. æt. an.* 47., quæ cognovit S. D. viginti duos annos, Sum. *pag.* 83. §. 37. = *quando essendo Superiora comandava, come Prelata, lo faceva con tanta benignità, e mansuetudine di parole, che oltre la obedienza, per cui le sudette erano obligate a farlo, lo facevano con maggior gusto, ed edificazione, intenerendole quelle pacifiche, ed amorose parole.*

270 *M. Agnes a S. Augustino Monialis in d. Monast.* quæ Socia fuit S. D., quâ cum quatuor vixit annos, *Sum. pag.* 121. §. 110. = *Le di lei virtù erano ammirabili, e noi sue figlie potiamo ricavare, come da un esemplare quel che vedevamo pratticare da essa: l'Umiltà era grandissima, particolarmente ogni tempo, non viddi in quella nè azione, nè parola alcuna, in cui non esercitasse molto questa virtù, e quando gli occorreva chiedere qualche cosa, ciò effettuava in tal modo, che quantunque chiedesse essa ciò, essendo Superiora a qualche sua Sorella, non gl' intesi dire faccia questo, bensì = vuol farmi la carità di far ciò per l' amor di Dio =*

271 Nulla ex Monialibus infirmabatur, quod ipsa Moderatrix non infirmaretur. Eas, quocumque posthabito incommodo, frequentissime invisebat, amantissimisque verbis solabatur, &, quæ ad earum valetudinem, ac commoda conferre quoquo modo nosset, hæc eis omnia, consilio, studio, mirificaque vigilantia, quæcumque pro eis, ac Filiæ ejus essent, vilissima officia gerens, illud Salvatoris implens = *qui major est vestrum, fiat sicut junior; & qui præcessor est, sicut qui ministrat*, cumulatissime præstabat, expediebatque.

272 Testis VI. *Proc. Ordinar. M. Maria a Passione Monialis in dicto Monast. æt. annor.* 39., quæ cognovit S. D. tredecim annos, *Summar. pag.* 73. §.46. *& seq.* = *la traspostava talmente la carità del suo Prossimo, maggiormente quando questo pativa afflizioni, e necessità, che sentiva un'estremo dolore di non potere accorrere a somministrargli il rimedio, e personalmente assistere alle inferme per consolare, e trattarle bene, ed essa stessa gli faceva il letto, e quando altri negozj l'alienavano da ciò, sembrava averle sopra i suoi occhi, pregando tutte le Religiose, che incontrava, a visitare, e consolare detta inferma, o inferme, che stavano al letto; non scordandosi con ciò nelle orazioni di quelle, raccomandandole a nostro Signore, e se vedeva qualche tiepidezza di carità nelle Religiose, gli dispiaceva, e le riprendeva, incaricando loro a cavar profitto, ed acquistare i meriti, che in se racchiude quest'opera*; & pag. 74. §. 50. = *quando accadeva esservi molte inferme, visitava ciascheduna da se, interrogandole dello stato delle di loro indisposizioni, e di quello che avevano di bisogno, affinche ne fossero provedute, lo che effettuava con grande puntualità, essendo sì grande la consolazione, che esse esperimentavano nel vederla entrare per la infermaria, che di puro gusto si minoravano in esse i dolori, ed i mali*, & pag: 116. §.55.

273 Testis XIII. *M. Agnes a Matre Dei Monialis in dicto Monast. ætat. an.* 34. quæ cognovit S. D. quindecim menses, Proc. fol.670 = *in tutto il tempo, che conobbe, e trattò la detta Serva di Dio, gli vidde esercitare le virtù della Fede &c., e Carità, la quale era sì grande, e l' aveva, ed usava coi poveri, e colle Religiose, maggiormente colle inferme, le quali*

non ostante che avessero la loro Infermiera, nulladimanco venivano visitate regalate, ed assistite dalla stessa Serva di Dio nelle loro necessità, come se veramente fosse stata posta dalla Comunità in un tale impiego, ed in ciò si vedeva avere essa tanta fede, e fiducia in Dio, che si rilevavano le grazie, e favori, che Sua Divina Maestà gli faceva, essendo tanto grande questa Carità, che aveva la detta Serva di Dio. che non solamente faceva da se stessa quel che ha detto, ma ben'anche chiedeva, e persuadeva le altre Religiose, che si portassero a visitare le inferme, ed a praticare questa virtù, lo che sà la Dichiarante, perche la vidde succedere in questo guisa.

274 Concordant *de visu* aliæ Moniales, quorum verba relata sunt *in d. Exposit. pag.94. & seqq.*, Testis II., quæ cognovit S. D. *decem circiter annos*, Testis V., quæ *octodecim annos*, Testis IX., quæ *quatuordecim annos*, Testis XI., quæ *quatuor annos*, Testis XIV., quæ *septem circiter annos*, Testis XV., quæ *undecim annos*.

275 His accedunt *M. Maria a S. Maria Germana S. D.*, quæ cum eadem fere perpetuo vixit, *Summar. pag.* 76. § 64. = *Colle Religiose inferme era si grande la sua cura, quantunque la indisposizione fosse molto leggiera, pure nondimeno non si allontanava dal lato di quella, somministrandogli quanti rimedj giudicava essa potergli giovare, ed allor quando trovavasi impedita con negozj necessarj, oppure molto aggravata da suoi mali, talmente che non poteva portarsi ivi personalmente, quante Moniche portavansi a visitarla, subito le mandava a vedere come si sentiva la Religiosa inferma, facendosi avvisare, se vi era di bisogno di qualche cosa, perche subito l'avrebbe provista, lo che pratticava con sì gran cura, come se l'inferma si trovasse sù gl'ultimi estremi.*

276 M. Agnes a S. Augustino, quæ quatuor annos vixit cum S. D., *Process. fol.*161. = *la Carità verso tutti era grandissima, in particolare verso le Inferme, a cui voleva servir molto, e regalarle, mandandogli molte ambasciate durante il giorno, e desiderandone molte volte il giorno le notizie, sebbene non si trovassero molto aggravate, e per una, che è di già morta, la viddi tanto afflitta, e come fuori di se, che faceva compassione, ed a momenti la visitava, e consolava.*

277 Vilia, ac laboriosa Conventus officia alacriter ipsa, etsi Moderatrix subibat, ut *in dicta Expositione Virtutum pag.* 100. §.73., *& pag.*133. §.111.

278 In operibus manuum, ut concrediti sibi Conventus necessitatibus provideret, Mulierem illam imitata, quæ *manum suam misit* quidem *ad fortia*, sed *digiti ejus apprehenderunt fusum*, jugiter occupabatur, ut narrant in Proc. Ordinar. Testis VI. *Summar. pag.* 95. §.52., & M. Agnes a S. Augustino *ibidem pag.*96. §.58.

279 Tantopere sollicita vivebat, ne quid filiabus suis, sive quod ad spiritalia, sive quod pertinebat ad temporalia, deesset, ut eas rogare non solum, sed jubere soleret, quarumcumque rerum indigerent, eas sibi libere aperire, quibus illico maximo studio providebat.

280 Testis VI. *Mater Maria a Passione Monialis in dicto Monast. æt. an.*39., quæ cognovit S. D. tredecim annos, *Summar. pag* 118. § 75. = *viveva poi con gran pensiere, acciocchè le sue figliuole non avessero bisogno di nulla del temporale, e spirituale, incaricando, e comandando a tutte, che manifestassero le loro necessità, per poterle subito soccorrere, come faceva con molta puntualità.*

Sic

281 Sic recte sancteque quum Monasterium moderaretur, dum tamen Moniales unum in locum convenirent, facta *juxta Apostolum 2. ad Corint.4.* sicut parvula in medio earum, prostrabat se coram eis, ac defectuum, quibus obrutam arbitrabatur se, veniam petebat: easdem enixe exorabat, ut lumen sibi in rectione, administrationeque a Patre luminum implorarent, &, si quod in se erratum deprehenderent, de eo ipsam facerent certiorem. Subditis sic se præstans, ut non solum auctoritate, verum & humilitate claresceret.

282 *M. Maria a S. Maria Monialis in dicto Monasterio Soror S. D.*, quacum fere perpetuo vixit, *Summar. pag.84. §.42. = non si fidava giammai del proprio suo parere, ma chiedeva sempre consiglio; molte volte nei capitoli delle colpe, nelli quali dopo che tutte le Monache detta avevano la sua colpa, si prostrava innanzi a quelle, e si accusava delle mancanze, che gli pareva commettere nel governo, chiedendoli perdono con grande umiltà.*

283 *M. Agnes a S. Augustino Socia Servæ Dei*, quacum quatuor vixit annos *pag.121. §.112. = Nelli Capitoli, che teneva, sempre chiedeva perdono di quanto male c'insegnava, e dei cattivi esempj, che ci dava, dicendo essa ciò, e ben anche, che non era buona per veruna cosa, chiedendo, che la perdonassero, e chiedessero a Dio, che l'addottrinasse*, & *§. 114. = Pregando le Religiose ad avvisarla di quello, che era malfatto, e che oltre essere questa una gran carita, tutte le volte, che l'avvisassero, recitarebbe a favor loro un Ave Maria, e le raccomandarebbe a nostro Signore per questa carità.*

284 His autem spectatis omnibus, quæ de Ancillæ Dei regimine Testes prodidere, vestrum nunc est, præstantissimi PP. judicare, an a Monasterii Monialium Moderatrice præstantiora desiderari possint, ut HEROINA dicatur: *In regimine familiæ* (sunt verba Mattheucci *in cit. Prax. Tit. 2. cap.3. num.25.*) *œconomica Prudentia IN GRADU HEROICO dicendus est, qui ejus directione pro fine supernaturali obtinendo summopere floret: Domesticos omnes in timore Domini, & morum disciplina diligentissime educat: maximo hinc fervore, & exemplorum efficacia eos ad charitatis, & pietatis officia cohortatur &c. Quem adeo urget, & sollicitat zelus salutis eorumdem, ut nihil prætermittat, quo in Deum assiduo dirigantur. Hæc, similiave, prompte, & delectabiliter agere, COMMUNES REGULAS EXCEDIT, ALTIOREMQUE MODUM OPERANDI PRÆSEFERT*, & Bened. XIV. *lib.3. cap.24. num.9.*

§. VI.

285 Quod sequitur in Animadversionibus *pag.12. §.31. cum duob. seqq.*, non ad hoc *Virtutum Caput*, sed ad *Probationes* pertinet; nimirum Testes *interdum incredibilia, ac secum pugnantia deponere*: quæ *singula*, inquit ornatissimus Fidei Promotor, *non est hujus loci, nec temporis persequi*, sed illud unum *exagerationis exemplum* profert, quod aliqui *narrant Testes, Ven. Franciscam ad sacram Synaxim QUOTIDIE accedere, & diem illam jejunam transigere* consuevisse; Quod *si ita fuerit, consequens erit, sine ullo prorsus cibo ad annos complures eam vixisse*, quod *tanto minus suapte natura credibile videbitur, quanto magis discrepat ab his, quæ de ejus abstinentia alii affirmant Testes, qui crebra quidem referunt, sed non quotidiana jejunia.*

286 At, si, præter hoc unum, quod objicitur, alia in promptu essent assertæ exaggerationis exempla, rogaremus egregios Suffragatores, ut nos docerent, cujus loci, & cujus erit temporis, *si non est hujus loci, nec temporis*, singula persequi? Apage istiusmodi occupationem, qua, ne ea proponantur, quæ facile possent reprehendi, occulte Testium fides in suspicionem adduci contenditur, quæ penitus abest.

287 De hac una vero proposita exaggeratione disserentes, illud dicimus breviter, quod Testes, qui *quotidianam* communionem retulerunt, non de singulis omnino diebus, sed de frequentissima inter hebdomadam, ac multoties quotidiana, senserunt. Quod quidem ex ipsismet luculenter evincitur Testibus, quos Animadversiones citant, relatis in Expositione Virtutum *pag.* 58 §. 44., qui his verbis utuntur = *il giorno, in cui riceveva Dio Nostro Signore* = *nè giorni, in cui si communicava* = *in molti giorni di communione* = *nei giorni di communione*; quibus verbis satis aperte intelligitur, hosce communionis dies, non continuos, sed a ceteris fuisse diebus distinctos. Atque apertius hoc redditur ex Teste V. *Proc. Ordin.* quæ cognovit S. D. octodecim annos, sic loquente Sum. *pag.* 32. *§.*72. = *nel giorno, che il suo Confessore, o Prelato gli negava la Communione, rimaneva così quieta e consolata, come se l'avesse ricevuto, ricordandosi la Dichiarante, che in una certa occasione, in cui per ordine del Prelato era stata tolta la Communione quotidiana, ed unicamente voleva, che si osservasse la disposizione della regola, la quale commanda, che si faccia la Communione trè volte la settimana*, & ex Teste XVIII. Proc. Apost. *p.*57. § 40. = *con la licenza de' suoi Confessori, e Superiori molte volte quotidianamente si alimentava con la SS. Eucaristia.*

288 Nec his Testibus contrarii dici possunt qui de *quotidiana communione* testantur; quum neminem fugiat vulgaris loquendi consuetudo, qua quotidie quid fieri dicimus, quod maxima dierum parte peragitur, ut bene, post alios, Farinac. de Testib. *quæst.* 65. *num.* 254. ibi = *si Testis dixerit: OMNIBUS DIEBUS, vel QUOTIDIE, adhuc omnia prædicta verba sunt civiliter intelligenda, scilicet pro majori parte*, & Tindarus *de Testib. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 16. *inter Tract. magn. Tom.* 4. *fol.* 160., & favet Liranus in illud Matthæi cap. 26. = *quotidie apud vos sedebam docens in templo* ibi = *Quotidie, idest, frequenter*, & in simili de dictione = *Omnes* S. Augustinus *de Nat. & Grat. contra Pelagium cap.* 41. = *cum dicuntur omnes, non semper omnes omnino, nullo prætermisso, intelligi oportere*, & ad rem Tullius *Fin. lib.* 5. *cap.* 30. = *ex maxima parte de tota vita judicatur.*

289 Hoc posito, illa cessat inverisimilitudo, quod Dei Ancilla sine ullo prorsus cibo complures annos vixerit. Verum testimonia eorum, qui narrant, Dei Famulam communionis diem jejunam transegisse, non de cunctis intelligenda sunt vicibus, quibus sacra communione reficiebatur, sed de plerisque, ut ex Teste LXIX. Proc. Ordinar. *in d. Exposit. pag.* 58. §.44. = *seppe da più persone, che ciò viddero, qualmente IN MOLTI GIORNI DI COMMUNIONE non mangiava neppure un boccone.* Ceteris vero Sacræ communionis diebus mirificam quidem servabat abstinentiam, non autem nulla prorsus cibi particula reficiebat se; ut ex Teste III., quæ vixit cum Serva Dei sexdecim annos *loc. cit.* = *aver veduto &c. che la Serva di Dio &c. nè giorni, in cui si communicava, si rendeva vieppiù SEGNALATA NELL' ASTINENZA.* Quumque exigua adeo cibi erat quantitas, qua utebatur, ut vix ea vitam sustentaret, nil mirum, si alii duo Testes ind. Exposit. relati, *auritus* alter, atque alter *oculatus*, dixerint,

rint, quod = *si astenevà ; e non mangiava, sebbene si portava in Refettorio = nei giorni di communione non mangiava, quantunque assistesse in Refettorio*; nam, quod minimum est, ex familiarissimo, ac usitatissimo apud omnes loquendi modo, *nihil* dici solet, ut apud Raynaud *Oper. tom. 3. pag. 679. num. 286.* = *Solet dici a plurimis, dum aliquid despicitur, aut pro parvo æstimatur, NIHIL EST*, & *num. 288.*, & Facciolat. verbo Nihil ibi = *NIHIL EST, dicimus, cum rem quampiam elevamus.*

290 Cujusmodi loquendi modum nedum usurpatum legimus in utroque Jure *in Can. Nihil prodest Distinct. 3.*, ibique Glossa, *in L. De ætate §. Quod autem*, & §. *Nihil ff. de Interrog. act.*, imo & usu receptum in Sacris Literis, ut advertunt S. Augustin. *Serm. 145. de verbis Joannis* : *Usque nunc nihil petistis*, & Sanchez *in Oseam cap. 2. num. 39.* Constat autem, Testium Dicta secundum communem loquendi usum esse intelligenda, Farinac. *de Test. quæstion. 65. num. 267.*, & Rot. *coram Coccino dec. 1644. num. 17.*

CAPUT TERTIUM

De assertis Obstaculis.

291 U*Nanimi ferme suffragio sese doluisse RR. Consultores, ægroque tulisse animo*, inquit Fidei Promotor *in Animadvers. §. 34.*, *neglecta fuisse a Causæ Patronis, nec idoneis responsionibus e medio sublata pleraque Obstacula in præteritis Animadversionibus exposita, quæ nobilissimam Causam dubiam adhuc, implexamque efficerent*; quæ quidem longe majori, ac res, uti ipsæ sunt, postulassent, verborum, conjecturarumque cumulo redintegrantur. Fuerint ne hæc vero in anteacta Defensione neglecta, nec idoneis responsionibus e medio sublata, an potius Defensio nostra a religiosissimis PP. nullis idoneis replicationibus refutata, si quis erit, quos plures esse non ambigimus, sapientissimosque PP. arbitramur esse omnes, quem non fugiat, unum esse in hoc sacrosancto Judicio, non contentioni, sed veritati, locum, is, cujus fidem, sapientiam, religionem in judicando imploramus, in nos Defensores, ac veterum obstaculorum Redintegratores, æquus æstimator, & judex confideat.

§. I.

292 Duo Animadversiones prætereuntes, ut ajunt, attingunt, quæ ipsæmet *leviora fortasse esse* fatentur : nimirum, quod Dei Ancilla in quodam Manuscripto relato *in Proc. fol. 46.*, se *experientia* didicisse scripsit, *haud aliam sibi præsto esse rationem evitandorum cœlestium munerum, quam vitiorum inire viam*; atque in altero *Proc. fol. 45, in fin. & ter.* Christi Domini Incarnationem, & Mortem *ad Prædestinatorum Redemptionem retulit*.

293 Et enim vero *utraque* levia sunt adeo, ut prætermittenda penitus, & ne attingenda quidem fuissent. Deque eo primum agentes, quod Dei Famula experientia didicerat vitiorum inire viam, ipsum totum RR. PP. oculis subjicimus Manuscripti tenorem, unde objectio petita est, qui ita se habet, *Process. fol. 46.* = *Tutte le volte, che mi vien detta qualche cosa, sempre ciò accade in grande occasione, e per grande occasione, e mai senza quella, in afflizzioni dell'anima, tentazioni, ignoranze, ansie, timori, dubbj,* de-

desiderj di servire, e non offendere Dio, ed in altre simili; gli effetti poi, che queste cagionano all'anima, non sono solamente il trovarmi migliorata nella cognizione della mia bassezza, ma ben anche sperimento la diminuzione di tutti li vizj, e l'aumento di tutte le virtù, e cado in molto minor numero di peccati, e tanto più, o meno, quanto più io fatico per approssimarmi a Dio coll'adempire i suoi santi commandamenti, e consigli, e tanto più si accrescono, o si diminuiscono queste cose, e favori, quanto più io con più desiderio, e diligenza fatico nel Divino servizio, e tengo per esperienza, che per fuggire tutte le cose, che sieguono in me, e per toglierle affatto, non vi è alcun'altro rimedio, se non se prendere la strada delli vizj, e lasciare quella della virtù, e perciò capisco, che le suddette cose devono procedere da Dio, e perciò questa esperienza mi assicura vieppiù, che tutte le ragioni, e prove dette, e fatte di sopra in questo caso provengono altresì da Dio, da poichè mi pare, che il Diavolo non mi puol fare verun bene, e se ne fa qualcuno, lo fa per farmi gran male.

294 Porro Dei Ancilla TUM illud experta, quod Charismata, quibus prædita erat, ut modo *majori*, modo, pro humana fragilitate, *minori* studio ad perfectiora sectanda incumbebat, augebantur, minuebanturve = *tanto più si accrescono, o diminuiscono queste cose, e favori, quanto più io con più desiderio, e diligenza fatico nel Divino servigio*: TUM ETIAM eos experta effectus, qui in ejus animam derivabantur = *gli effetti poi, che queste cagionano all'anima, non sono solamente il trovarmi migliorata nella cognizione della mia bassezza, ma ben anche sperimento la diminuzione di tutti li vizj, e l'aumento di tutte le virtù*; quemadmodum ex hisce salutaribus effectibus manifesto comprehendebat, quæ sibi contingebant, ea ex Deo esse = *perciò capisco, che le sudette cose devono procedere da Dio*; ita, sive *a minori ad majus*, ab aliquo nempe levi defectu ad graviores, sive *a contrario*, a virtutibus ad vitia, sive etiam *ab utrisque*, firmissimum ducens argumentum, id subjunxit, quod, si prædicti Divini favores ab ejus persona propulsari penitus voluissent, = *per fuggire tutte le cose, che sieguono in me, e per toglierle affatto*, hac utique in hypothesi, non eosdem amplius virtutum cursus, quos currebat, conficere, sed virtutum via derelicta, illam inire oportuisset vitiorum; Ita ut verbis illis = *tengo per esperienza, che per fuggire &c.* nihil aliud Dei Famulam significare voluisse liquet, nisi, quod ab expertis in se effectibus id plane intelligebat, perinde ac si dixisset = *per quel che sperimento, comprendo*.

295 Experientiæ autem nomine, non semper illud significamus, quod vere experti fuimus, verum etiam quod ab aliqua re experta, *sive* ex minoribus majora, *sive etiam* contraria, recta ratione concludentes assequimur; ut bene Raynaud. Oper. *Tom.* 4. *pag.* 158. §. *sed facile*, & late Sanctus Augustinus *de Genesi ad literam lib.* 8. *cap. XVI.* ibi = *a contrariis notis pleraque intelliguntur ignota &c. Sic, inane cum dicitur, intuendo corporis plenitudinem, privatione ejus tamquam contraria, quid dicatur inane intelligimus. Advertant itaque, quomodo potuerint intelligere inexperta &c., & videant, nos omnium inexpertarum nomina, nonnisi EX CONTRARIIS, QUÆ JAM NOVIMUS, si privationum sunt; AUT EX SIMILIBUS, si specierum sunt, sine ullo æstu dubitationis agnoscere*, Spagnius *in Tract.* de *Motu* §. 128. = *Cæcitas, tenebræ, & ceteræ negationes, cognoscuntur per comparationem cum suis contrariis positivis*, & ad rem S. Joann. Chrysost. in Acta Apost. *Homil.* 34. de verbis illis differens Cap. 16. 10. = *certi facti*, sic inquit = *Quid est, certi facti? hoc est conjectantes, inferentes*.

296 Cujusmodi interpretatio manifestior redditur ex ipsiusmet Servæ Dei loquendi consuetudine, quæ hoc *experientiæ* verbo uti consuevit ad significandum, quod ex aliqua re inferebat; ut in alio Manuscripto *Proc. fol. 65. ter.*, quo sic ad suum Confessarium scribit = *La sperienza m' insegna, che la causa, per cui viene impedita la venuta di V. Paternità è la mia indegnità*. Scitum est autem, in exquirenda alicujus verbi significatione, loquentis consuetudinem, quæ cuicumque interpretationi præstat, esse spectandam, juxta Textum expressum *in L. Si Servus plurium* §. *ult. ff. de legat.* 1. ibi = *ante omnia ipsius Patrisfamilias consuetudo, deinde regionis exquirenda est*, Mantic. *de Conjectur. lib* 3. *Tit.* 9. *num.* 1. *& seqq.* = *in exquirenda voluntate ante omnia consuetudo patrisfamilias spectari debet. Idcirco admonendi sumus, SPECIALEM USUM LOQUENDI IPSIUS testatoris, MAGIS ETIAM VALERE, QUAM GENERALEM LOQUENDI CONSUETUDINEM &c. EX CONSUETUDINE igitur PROPRIA LOQUENDI IPSIUS testatoris, VERBA DUBIA DEBENT INTERPRETARI.*

297 Clara sunt hæc adeo, majori ut illustratione non egeant. Quid vero, dicimus, quod de VEN. DOROTHEA res est, quæ jam inde ab ineunte ætate, mundo, rebusque mundanis omnibus altissima animi despectione contemptis, uni ex toto corde, totisque viribus inhærere cœpit Deo, eamque sanctissimam vitæ rationem instituit, qua semper ad perfectiora, Deoque gratiora exequenda contenderet; atque de hoc inito virtutum tramite, totum vitæ tempus, deflexit nunquam, strenuiori imo in dies studio, contentioneque processit: ea vehementissime perhorrescens omnia, quæ vel levis culpæ speciem haberent; = *sempre amare*, (sunt Dei Ancillæ verba ex ejus Manuscriptis decerpta) *contemplare, e servire istancabilmente il nostro comune Signore, senza che alcuna cosa possa impedire ciò*, Proc. fol. 39. & fol. 57. ter. *tenere tutti li sensi, e potenze impiegate per il Cielo, appartate da tutte le cose della Terra, ed esteriori, attendendo a ciò, che Dio dirà, o comanderà, e sarà il di lui santo beneplacito con un acceso desiderio di unirmi con esso &c. che viva Dio in meed io in Dio mediante la sua grazia, e ciò in tutto il corso della mia vita, senza che possano allontanarmi da questa unione nè la morte, nè l'Inferno, nè tutti li tormenti, nè tutto il mondo, nè verun altra cosa*; ac plenissime constat ex sæpe memorata *Virtutum Expositione*. Hujus autem Ven. Virginis vitam ab initio ad obitum usque explicatam, Patres amplissimi, cum proposita objectione recognoscite, &, re ipsa potius, quæ apertissima est, quam unius, alteriusve voculæ sonitu consectato, numquid in eamdem Vener. Dorotheam istiusmodi cadere possit suspicio, vel omnem spectatissima ejus tollat virtus, judicate.

298 Sed satis atque super hac de re. Ad *alteram* vero quod spectat animadversionem, scripsisse nimirum Dei Ancillam, *mortem a Christo Domino obitam fuisse pro illis, quos prædestinaverat*, integer proponendus est Manuscripti tenor, qui talis est = *MI DISSERO quel che siegue. Che Dio fin' ab eterno conobbe i suoi Predestinati, e li amò talmente, che si vestì di umana natura, e diede la sua vita, acciò essi vivessero, regnassero sempre con esso, ma amò egli ciascheduno di essi tanto più, quanto più li destinò, ed elesse a cose maggiori, E PER QUESTI PIU' PARTICOLARMENTE si puol dire, che diede la sua vita passibile, e si puol dire, che la volle dare non meno per quelli tutti, che per cadauno di essi*, Procels. fol. 45. in fin.

299 Ex hoc autem illud primum liquet, memoratam propositionem non fuisse ingenio Servæ Dei cusam, sed quoddam dumtaxat alicujus fortasse sui spiritus Moderatoris responsum = MI DISSERO.

300 Deinde vero perperam Animadversiones relata verba ita interpretantur, ut significent, *Christum Dominum mortem oppetiisse pro illis tantum, quos prædestinaverat, quum hi soli commemorentur*, Quamvis enim Prædestinatorum fiat mentio, ceteri vero nullatenus excluduntur, immo verò expresse includuntur verbis illis = *e per questi PIU' PARTICOLARMENTE si puol dire, che diede la sua vita passibile*; quæ dictio = *più particolarmente*, non Prædestinatos tantum designat, sed cunctos homines complectitur, ex vulgatis juribus apud Rot. *cor. Gregorio XV. dec.* 220. *n.* 5., & *rec. dec.* 106. *n.* 16. *part.* 9. *alibique*; Ita ut eorumdem verborum sensus instar ejus sit, quod dicit Apostolus in 1. ad Timoth. capit. 4. = *qui est Salvator omnium hominum, MAXIME Fidelium*.

301 Quorsum hæc vero, si ex aliis ipsius Servæ Dei Scriptis apertissime ejus evincitur fides, quod D. N. Jesus Christus totius fuit Mundi Redemptor, ut in Proc. fol. 36. = *Apparendomi l'eterno Padre disse = questi dolori ti ho dato io, quali sono un saggio di quelli, che il mio Figlio ha patito per la redenzione tua, e DI TUTTI perchè più l'ami e con ardente desiderio mi domandi la conversione, e salvazione DI TUTTI*, & fol. 41. ter. = *lo supplicai perciò* (Dominum) *molto umilmente, che si compiacesse d'illuminare il mio intelletto per capire quel che voleva, che io dicessi, o facessi, e subito capii ciò, vale a dire, che egli aveva dato il suo unigenito Figlio PER LA SALUTE DEL MONDO, ed egli ci redimè con sì gran prezzo, ed i Testimoni di una tale Redenzione erano quelle preziosissime piaghe, e che avendo in compassione delle piaghe del nostro Redentore, e della perdita delli Redenti, con molta istanza, ed ansia facessi orazione per la conversione DEL MONDO, e subito lo posi in opera*. Exploratum est autem, si quid forte obscurum in aliquo Auctoris scripto inveniatur, explicandum per ea esse, quæ ab eodem clarius alio in loco scripta sunt; uti, post alios, docet Bened. XIV. *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 8. *ad fin.* & *seq.*, ac statuit in ejus Constitutione *XIX.* §. 18. *sui Bullarii Tom.* 4.

§. II.

302 *Ab aliqua inprimis injustæ prodigalitatis, atque imprudentiæ nota vix ac ne vix quidem excusari posse videtur* Animadversionibus pag. 13. sub §. 34. *Ven. Francisca ex eo, quod novi Monasterii construendi causa æs alienum supra vires contraxerit; quo comperto, Episcopus vehementer commotus ædificium suspendi jussit, ac Dei Servam inde expulsam, ad locum, unde venerat, reverti mandavit*. Factum narratur a M. Maria a S. Maria Germana Dei Ancillæ Proc fol. 139. *ter.* his verbis = *La causa di questa mutazione fu l'aver saputo Sua Signoria Illustrissima, che la nostra Madre Suor Francesca Dorotea avea debiti per la Casa, che aveva comprata per il Convento, lo chè gli dispiacque, talmente che chiamò subito il Visitatore, e gli ordinò istantemente, che rimandasse la Priora al sito, da cui l'aveva fatta venire, togliesse il Santissimo Sagramento, e la clausura, e lasciasse la Casa come stava prima. Cujusmodi severa, & gravis animadversio haud levem profecto in Dei Famula supponere*, ut inquiunt, *videtur culpam, ne injustam, ac præcipitem fuisse dicamus Antistitis sententiam, quod de illo suspicari nefas esset*.

An-

303 Anteaquam Dei Famulam a quacunque in his, quæ gessit, culpæ suspicione exsolvamus, præstantissimos PP. præmonemus, eam a vero aberrare Animadversionum assertionem, quod Episcopus *DEI SERVAM inde expulsam, ad locum, unde venerat, reverti mandavit*; Non enim id Episcopus de Serva Dei mandaverat, sed de *Priorissa*, quæ ex Corduba ad novi Asceterii regimen Hispalin advocata fuerat, de qua late agunt Testes *in Exposit. Virtut. pag.* 32. *& seqq.*

304 Ipsam nunc vero Patres amplissimi intelligant, quemadmodum contracta fuit, Domus Conventui emptionem, quam ex eadem Dei Ancillæ Germana audire liceat, quæ *Proc. fol.* 108. sic ait = *Siccome era Iddio quello, che la sosteneva*, (Conventus fundationem) *subito porgè il rimedio ad una tale necessità, inviando una Persona, che superò tutti gli altri in tutte le cose &c. Questo Signore &c. accudì a tutti i negozj, che occorrevano con animo grande, e carità, senza conoscerci, e trattarci, e senza che niuno lo pregasse si offerì a prendere a suo carico questo Convento, essendo li succesi di esso Convento così incerti, e difficili, cercando modo per comprarci la Casa, obbligandosi egli al pagamento, e cercando altri, che si obbligassero, ed era sì poco quel che vi era per pagare cinque mila ducati, che solamente ne avevamo mille, ed egli colla sua industria, e diligenza ci comprò altre due Case, che noi possediamo, impiegando molti ducati della sua Casa per riscuotere l'azienda del Convento, supplendo colla sua azienda le cattive paghe, servendo da Cappellano, e Maggiordomo, senza mostrare verun disgusto, nè stanchezza, soffrendone tanti per causa nostra.*

305 Sic autem prædictæ Domus emptione, quemadmodum gesta, perfectaque fuit, intellecta, clarissime evincitur, haudquaquam verum esse, quod in Animadversionibus asseritur, Dei Famulam *novi Monasterii construendi causa æs alienum supra vires contraxisse*; Quamquam enim Monasterii vires emendæ Domui impares erant, quidquid tamen majoris pretii ad eam comparandam oportebat, id non ære alieno, quod Dei Ancilla contraxerit, persolutum, aut ejus persolvendi onus a Monasterio susceptum fuit, sed quidam dives, simulque pius Vir ultro, atque gratuito cum Domino domus ante venditionis contractum agens, illius solvendi onus in se suscepit, aliosque etiam Benefactores reperit, qui illud in se susciperent = *si offerì a prendere a suo carico questo Convento &c., cercando modo per comprarci la Casa*, OBBLIGANDOSI EGLI AL PAGAMENTO, E CERCANDO ALTRI, CHE SI OBBLIGASSERO; quæ quidem debiti in se susceptio, quam nostri Pragmatici *accollationem* vocant, a prædicto Sacerdote, aliisque Benefactoribus peracta, *successit loco pretii*, perindeque fuit, ac illud vere a Monasterio persolutum fuisset, ex juribus apud Rot. *cor. Priolo dec.* 452. *num.* 10., *cor. Bichio dec.* 204. *num.* 15., *& cor. Molin. dec.* 582. *num.* 9., alibique frequentissime.

306 Quæ cum ita fuerint, nullus profecto Animadversionibus relictus est locus Dei Famulam de aliqua culpa redarguendi; prorsusque sileat necesse est argumentum illud, quod a memorato Archiepiscopi mandato desumebatur; etsi enim hic audiens (non enim deerant, qui Fundationem omni conatu impedire enitebantur) emptæ Domus pretium Monasterii vires superasse, nec totius negocii, quemadmodum expletum fuerat, ullam habens notionem, Priorissæ discessum jusserat, (nec enim mirum, aut cuiquam novum, justissimos etiam, atque sanctissimos viros ex minus vera, aut non integra alicujus Facti narratione percepta, ea peragere, quæ recta ratio non postularet, ut late monent S. Gregorius Dialog. *lib.* 1. *cap.* 4., &

 Ven-

Ven. Baronius *ad annum* 460. §. 62. At, tota deinde inquisita, compertaque veritate, mandatum abrogavit, omniaque ad Fundationis progressum, absolutionemque, felicissime, eodem comprobante, processerunt; In quibus plane circumstantiis, non prior ejusdem Episcopi jussio infirmata, sed, quod, re cognita, firmum ratumque habuit, unice spectandum est; ex apertissimo Textu *in l. Nemo Cod. de Sentent. & Interloc.*, ac docet Rot. *recent. part. XI. dec.* 153. *num.* 22.

§. III.

307 *Gravissimis difficultatibus adhuc implicari* Animadversionibus videtur *propositio illa, quam veluti sibi a Domino prolatam recitat Ven. Virgo Proc. fol.* 36. = Io voglio, che la mia Serva Francesca goda per privilegio vivendo in terra quel che li miei Santi godono in Cielo in virtù della chiara Visione dell'Essenza; VEL enim assertum Privilegium Dei Famula *collocatum fuisse intellexit in fruitione illi simili, quæ resultat in Comprehensoribus ex clara Visione divinæ Essentiæ; & quanta porro hinc errorum monstra, & quam lata sterneretur via grassanti in dies Naturalistarum impietati*. VEL quoddam aliud fuit Privilegium, & Postulatores, *quale hoc ipsum fuerit, ostendant, ut de qualitate Visionis judicari possit*. Sensisse autem Servam Dei *de clara, beatificaque Dei Visione, eo plane modo, ac ea Sancti in Cœlis fruuntur, dubitari non posse* dicunt, *tum* ex eo, quod eadem Dei Famula cuidam Testi, non obscure huic significans, semet personam illam esse, de qua loquebatur, sic inquit *Proc. fol.* 1174. = Io so di un anima, che stando cogli occhi aperti, dopo aver ricevuto Dio nel Santissimo Sagramento, si trova tra li Cori degli Angeli, GODENDO LA BEATIDUDINE. Tum etiam, quod *quadam vice, Monialibus inter se colloquentibus de donis extraordinariis SS. Gertrudi, ac Theresiæ a Deo concessis, respondisse legitur Proc. fol.* 392. = avere Iddio dato di più ad alcune anime, e che una grazia particolare fatta da Dio ad un anima, non aveva letto, che Iddio avesse fatta a verun altra persona; *cujusmodi Gratiam particularem, non aliam extitisse*, jure sibi videntur posse contendere, *præter Privilegium fruitionis illi Comprehensorum persimilis*. Quæ quidem breviter a nobis perstricta, diffusa late leguntur in Animad. *ex* §. 35. *ad tot*, §. 40., quibus quædam tum etiam adversus Dei Famulam in his dicendis *inanis gloriæ suspicio* interjicitur.

308 Anteaquam de memoratæ Propositionis interpretatione loquamur, ipsam totam præmittimus, quemadmodum *in cit. Proc. fol.* 36. *ter.* his verbis legitur = *La mia potenza* (sic Deus loquitur) *non è limitata, nè la mia mano si è ristretta, laonde non possa io fare più dell'ordinario quando lo vorrò, e mi parerà. La Sagra Scrittura v'insegna l'immensità della mia infinita Potenza, e che posso dispensare fuori della via ordinaria ciò, che voglio, e come voglio, senza che il verme, e la vanità della Creatura me lo impedisca, e voglia giudicare, e scrutinare li miei segreti giudizj = Io voglio, che la mia Serva Francesca goda per privilegio vivendo in terra quel, che li miei Santi godono in Cielo in virtù della chiara visione dell'Essenza*.

309 Illud prætermittimus, non constare, utrum, nec ne, Dei Ancilla ejusmodi locutioni fidem præstiterit, quippe quum id scripserit ad suum spiritus Moderatorem, quem de iis omnibus, quæ sibi contingebant, ipsius requirens consilium, faciebat certiorem, ut in *Proc. fol.* 31. = *in questo libro vi sono* 32. *Scritti fatti di carattere, e mano della Ven. Madre &c.*

Do-

Dorotea &c. ; *con li quali Scritti la sudetta, prima che fosse Religiosa, dava conto ai suoi Confessori di quanto gli accadeva nell'Orazione*, & fol. 982., *vel* Confessarius ejusmodi locutionem improbavit, & temere profecto Dei Famulam, quæ ab ejus consilio pendere, in eoque acquiescere solebat, eam pro vera habuisse putabitur; *vel* approbavit, & si quid fortasse in ea minus rectum deprehenderetur, id non Dei Famulæ, quæ consilium audita omnem promeretur excusationem, sed ipsi tribuendum esset Consultori.

310 Hoc dicimus, tuemurque, memoratam Propositionem *a gravissimis*, quibus visa est, *difficultatibus* implicari, facillima responsione expediri. Esto etiam, Dei Famulam, se ad *claram Essentiæ Dei Visionem* raptam existimasse: existimasset id tamen ex singulari, inusitataque Dei Providentiæ lege, absolutaque potestate = *per privilegio* = *l'immensità della mia* (Dei) *infinita Potenza &c.*; *posso dispensare fuori della via ordinaria*. Ecquid sodes in hac opinione, unde *errorum monstra* nascerentur, *lataque sterneretur via Naturalistarum impietati*. Posse Deum, via extraordinaria, & speciali privilegio, hominem in hac mortali vita ad claram ipsius visionem extollere, apud Theologos certissimum est, quos inter S. Thomas *in* 1. *quæstion.* 12. *art.* 11. *ad* 2., Card. Bona *in Via Compendii ad Deum cap.* 10. *num.* 2. 9. *Alia denique* Contenson. *in Theolog. Mentis, & Cord. lib.* 1. *dissert.* 4. *cap.* 1. *Speculat.* 3., Berti *de Thologic. Disciplin. lib.* 3. *cap.* 6., ubi quod hujus rei *possibilitatem in dubium vertere nefas est*, Raynaud *in Heteroclit. Oper. Tom.* 15. *pag* 302. §. *In primis* = *statuo ut certum, posse Viatores, agendo de potentia absoluta, sustolli ad Dei Visionem, sive cognitionem intuitivam*, late Marcellinus Siuri *in Theolog. Scholastico Positiva de Novissimis Tract.* 43. *de participatione cœlestis Beatitudinis in via*, & Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 50. *num.* 5.

311 Immo nonnullos reipsa sanctissimos viros in humanis degentes, ex peculiari Privilegio, raptim Divinam clare intuitos fuisse Essentiam, plurimorum gravissimorum Auctorum est opinio, de qua late apud *Siurium loc. cit.*

312 Verum enim vero, relatæ Propositionis verbis excussis, tantum abest, ut de *clara Divinæ Essentiæ Visione* intelligi quoquo modo possint, ut hanc potius apertissime, atque penitus excludant. Iam enim verborum tenor hic est opportune repetendus = *goda per privilegio vivendo in terra quel che li miei Santi godono in Cielo IN VIRTU' della chiara Visione dell' Essenza*. Si igitur, quod Divinitus Ven. Dorotheæ concessum fuit, id Sancti in Cœlis obtinent = IN VIRTU' Divinæ Essentiæ Visionis, jam nemo hebes adeo, quin intelligat, privilegium, quod ex hac Visione promanat, quid esse ab ipsa Visione diversum; quod enim ex aliqua re proficiscitur, id, ut ut ex intrinseca conditione, atque indissolubili nexu ei conjunctum, res tamen ipsa non est, sed rei effectus. Quod ea clarius redditur animadversione, quod si revera Dei Ancilla hac Divinæ Essentiæ Visione donata fuisset, jam tum id non habuisset, ut habuit, PER PRIVILEGIO, sed ex ipsa intrinseca virtute, & efficacia ipsius Visionis = *in virtù della chiara Visione*.

313 In tam perspicua relatæ Propositionis interpretatione haud *extrinsecum* amplissimi Suffragatores *argumentum* petant a verbis illi, quæ Dei Ancilla Testi LXXI. dixit = *io so di un Anima, che stando cogli occhi aperti dopo aver ricevuto Dio nel Santissimo Sagramento, si trova tra li Cori degli Angioli godendo la Beatitudine*, Proc. fol. 1174.; Non enim his verbis

ea

ea perfecta significatur Beatitudo, quæ in clara Dei Visione consistit, sed de qua hæc habet Gersonius *in Tract. de Sacramento Altaris Oper. Tom.3. col. 709. lit. A.* = *Si Gratiam dicit Sapiens esse Paradisum in benedictionibus. Eccli. 40. 17., numquid non Eucharistia, quæ per excellentiam dicitur bona gratia, in te dicetur, & erit Paradisus? Est igitur recipiens Eucharistiam particeps illius superadmirandæ dignitatis: promissi particeps, quod Dominus Latroni Lucæ 23. jure jurando dixit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Ubi Papa, ibi Roma; ubi Rex, ibi Regnum.*

314 Ecquam majorem hac in vita consequi quis potest Beatitudinem, quam Sacramento, & Spiritu, Sacra Eucharistia percepta, perfrui Deo suo, ac gustare, ac videre quàm suavis est Dominus, illudque cum Psalte dicere: *Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Quid enim mihi est in cælo, & a te quid volui super terram, Deus Cordis mei, & pars mea Deus in æternum? Jesus meus, amor meus, Deus meus omnia*: cœlestemque hereditatem, felicitatem, & gloriam, quarum hoc sacramento nobis pignus datur, prægustare?

315 Neque hanc veram hujusce Beatitudinis significationem immutare apta sunt verba illa = *si trova tra li Cori degli Angioli*; Nam, ut inquit S. Chrysostom. *Homil.36. in 1. ad Corinth.* = *Ubi est Christus in Eucharistia, ibi etiam non deest Angelorum frequentia: ubi autem est talis Rex, & talis Princeps, ibi est cæleste palatium, imo ipsum Cælum*, & prius Homil.27. ad fin. = *exceptus fuisti ad mensam Regiam, choros egisti cum Seraphinis, socius fuisti supernarum Potestatum*, & in Homil. de non contemnenda Eccles. = *corpore circumseptus cum incorporeis virtutibus communem omnium Dominum collaudare*, & de Sacerdotio *lib.6.*, Petrus Blesensis *in Opere metrico de Eucharistia* = *Præsentemque Deum Grex Angelicus comitatur*, Espencæus *lib.1. de Eucharist. cap.4.*, ubi copiose de Angelis SS. Eucharistiæ astantibus, & Raynaud *in Eucharistic. Oper. Tom. 6. pag.16. 18. 490. & seqq.*, Cornel. a Lapid. *in Exod. 30. 39.*, *in Levitic.9. 23. & in Num.4. 49.*

316 Levissima itemque est altera, eademque postrema argumentatio illis inhærens Dei Ancillæ verbis, quæ narrat Testis V. *Proc. fol.392. ter.* = *che una grazia particolare fatta da Dio ad un anima, non aveva letto, che Iddio avesse fatta a verun'altra persona*; Quidquid namque sit, an de se ipsa loqueretur Ven. Virgo, ecquo lodes jure, ecqua ratione, munus illud huic animæ divinitus impertitum, inter innumera, quæ Deus concedere potest Dona, determinari contenditur *Dei Visionis* interpretatione?

317 Ceterum, quamquam ex relato Testis V. Dicto, quæ illa fuerit Gratia, cujus Dei Famula meminit, incertum est; satis tamen aperte significatur a Teste VI. Proc. Ordinar. *M. Maria a Passione*; quod quemdam spectabat sublimissimæ Contemplationis effectum, ut Proc. fol. 493., ubi quod ipsa Testis = *interrogandola* (S. D.) *sopra certi punti dell'Orazione in ordine alla consolazione della di lei anima &c., gli disse un giorno, avere Iddio dato ad un anima piu di quello, che dato aveva a S. Geltrude, ed a S. Teresa, imperciochè non aveva letto, che avesse usata con alcuna persona certa particolarità &c.: e passata, che fu questa occasione, essendo occorso doversi leggere in Refettorio un libro spirituale manoscritto, che trattava molto elevatamente* DEGLI EFFETTI DELL'ORAZIONE; *subito partita la Communità dal Refettorio si portò la Serva di Dio dalla Dichiarante, e gli disse* = *Quel punto, che si lesse in Refettorio*, E QVELLO AP-

APPUNTO, CHE IO DICEVO *alla carità vostra, cioè non aver letto, che Dio avesse fatta ad altra persona quel tanto, che fece a quella persona, che io sapevo.*

318 Nusquam igitur apparet, Dei Famulam his verbis de claraDei Visione sensisse. Absque eo, quod ad hanc arguendam quidquam ea conferant ipsius verba, quæ Animadversiones vehementer urgent, quod = *non aveva letto, che Iddio avesse fatta a verun altra persona*; Jam enim si Dei Ancilla id non legerat, non ex hoc necessario conficitur, Donum illud nemini antea fuisse concessum, quod ipsa ignoraret. At etiamsi fuerit aliis inconcessum, numquid Dei omnipotentia, quæ nullis terminis coercetur, aliquod aliud, *præter claram Divinæ Essentiæ visionem*, cuidam non potest animæ pro suo beneplacito impertiri? Permulta quidem sunt, eaque mirabilia munera, quæ perfectissimis, sanctissimisque animabus communicavit; at non tantum *hæc eadem* sublimiori modo, atque abundantiori mensura, aliis quando vult, & quomodo vult, donare potest, sed *longe plura* potest, quæ nec ullus umquam Sanctus expertus est, nec cujusquam potest intelligentia comprehendi.

319 Sic docet eximius Doctor Mysticus S. Joannes a Cruce *in Explanat. Cantus XV. post init* = *Notandum est in hoc Cantu omnia illa contineri, quæ ea tempestate solet Deus animæ communicare, attamen non ita est accipiendum, ac si omnibus ad hunc statum pervenientibus universa communicari debeant; vel eodem modo, eademque mensura cognitionis, & sensus; aliis enim plura, pauciora aliis, aliis hoc, aliis illo modo donantur*, et in Cantu XXXVII. *vers. Quæ bene sunt recondita* sic ait = *Sunt recondita usque adeo, ut licet plura mysteria, & mirabilia Doctores Sancti detexerint, & animæ devotæ in hujusmodi vitæ statu cognoverint, adhuc tamen illis POTIOR PARS enuntianda, imo & intelligenda restat; Quare profunde fodiendum est in Christo, qui est instar fodinæ abundantis, plurimos thesaurorum sinus habentis, ubi quantumcumque alte quis fodiat, NON INVENITUR FINIS, NEQUE TERMINUS EORUM, imo in quolibet sinu novæ venæ novarum divitiarum hinc, & illinc, reperiuntur. Propterea enim S. Paulus de eodem Christo ait* = *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, Coloss. 2. 3.*, & Card. Bona *in Via Compend. ad Deum cap. 10. num. 3.* = *Plures, & diversi sunt gradus contemplationis, nec facile possunt certo numero comprehendi. Multis enim modis animæ contemplanti se communicat Deus, & Spiritus ejus ubi vult spirat, & quando vult, & quomodo vult. Et quis poterit sensum ejus assequi, aut QUIS AUDEBIT TERMINUM PONERE EJUS ADMIRANDIS OPERATIONIBUS.*

320 His, quæ hactenus dicta sunt, quum Propositionem, de qua est quæstio, ab omni erroris suspicione penitus vindicavimus, satis equidem Animadversionibus fecisse satis, officioque nostro functi, felicique hujus Causæ progressui consuluisse videmur; ea prorsus abiecta cura, quam præstantissimi PP. nobis injicere contendunt, ostendendi, quodnam ipsum vere fuit Donum Dei Ancillæ concessum instar ejus, quo Sancti in Cœlis *virtute Visionis Dei* fruuntur; Quum enim ipsius Dei Famulæ sanctitatem non ab hoc Privilegio, sed ab heroicis ejus petamus virtutibus, quale id cumque fuerit, nec amplissimos PP. rescire, nec eos exquirere, refert; nec, etiamsi maxime velimus, quum nullam hujus Ancilla Dei fecerit mentionem, ad certam ejus possumus cognitionem pervenire.

321 At si in hac rei obscuritate argumentis, & conjecturis est, ut esse debet locus, haud levia occurrunt, ex quibus perceptis ad hoc percipiendum

Do-

Donum non admodum difficulter perducemur. Illud autem ante omnia proponimus, quod de hoc Dono dicitur, id non intelligendum esse, ut *pari prorsus modo* concessum censeatur, ac eo Sancti in Cœlis fruuntur, sed *accomodate, convenienterque ad hujus vitæ statum*; ut passim in Sacris Literis, quod de hujus vitæ *perfectione*, ac *beatitudine* dicitur, etsi generalibus conceptum verbis, non de perfectione, beatitudineque *patriæ*, sed *viæ*, quanta scilicet pro hujus vitæ statu potest esse, intelligitur; ut late S. Augustinus *de Gratia Christi cap.*48., *& de Peccat. merit. lib.* 2. *cap.*15., S. Thomas 1. 2. *quæst.*3. *art.*2. *ad* 4., Cajetan. *in dicta quæst.* 3. *art.* 6., Lorin. *in Psalm.* 17. *vers.* 24. *&* 25., ac passim apud Interpretes.

322 Hoc autem Donum, VEL illud fortasse speciale fuit, quod Deus eam confirmavit in gratia. ac prædestinavit ad gloriam; quemadmodum in alio Servæ Dei scripto legitur *Proces. fol.* 42., ubi, quod Deus sibi revelavit = *che mi ha predestinata, e confermata in grazia*; de cujus rei veritate non modo ejusdem Dei Ancillæ affirmatio dubitare non sinit, verum multo minus, prorsusque nunquam, ipsius vitæ tenor caste, integreque, eximiisque refertus virtutibus, perpetuo ad obitum usque traductus.

323 VEL tranquillissima fuit, atque imperturbabilis animi pax, quam, inter quæcumque adversa, eum mirum in modum obtinebat, ut cœlesti perfrui videretur Beatitudine; de qua verissimum, gravissimumque perhibet testimonium Testis XLV. Proc. Ordin. *P. Petrus a Jesu Ord. Excal. Sanctissimæ Trinitatis*, qui septem circiter annos a Dei Ancillæ consiliis fuit, *Proc. fol.* 1044. *ter.* = *Da tutto questo suo esercizio di virtù nasceva in essa quella fermezza, perseveranza nell' operare, perchè sebbene si trovasse essa carica d'infermità, tuttavolta la pace, e tranquillità, che godeva, faceva, che quantunque nell'esterno, e nelle potenze interne sentisse alcune inquietudini cagionate dai mali, o pure dalla suggestione del Demonio, nulladimanco nella parte superiore era così tranquilla, CHE STANDO IN QUESTA VITA GODEVA LA GLORIA, CHE GODONO LI BEATI, lo che disse molte volte al Testimonio la detta Serva di Dio, interrogandola come potesse comporsi insieme patire nell'esterno tanti tormenti, e nell'interno sì gran consolazione, & in alcuni viglietti, e dubbj, che la sudetta inviava a consultare col Testimonio, trovò in essi uno spirito tanto superiore, e tanto eccellente, che era necessario per rispondere alli di lei dubbj in quelle cose, che essa passava, impiegare molte notti di studio, e rivolgere le cose le più sublimi di spirito, che scrivono gli Autori intorno LA PACE, E TRANQUILLITA' DELL' ANIMA, perchè LO STATO, CHE LA SERVA DI DIO AVEVA, ERA QUESTO.*

324 Cui consonat Testis XX. ejusdem Proc. Ord. *Summar. pag.*83. §.39. = *In tutto il tempo, in cui la Deponente conobbe, e trattò la Serva di Dio, gli vidde godere una pace, e quiete interna, che sembrava propria di un' Angelo in tutti, e singoli suoi negozj prosperi, o avversi, senza che la divertisse, o alterasse alcuna cosa di questo Mondo*, aliique Testes relati in sæpedicta Exposit. Virt. *pag.*72. *in fin. & seq.*

325 Ejusmodi autem summa, ac mirifica pax, & tranquillitas, munus est eximium, quo simillimus quis redditur cœlestis Regni comprehensoribus, ipsamque degens in terris æternam prægustat Beatitudinem; uti docent Cassian. *Collat.*1. *cap.*13. = *Si sublimi mentis intuitu consideremus statum illum, in quo degunt cœlestes, supernæque virtutes, quæ vere in Regno Dei sunt, quis status alius esse credendus est, quàm perpetua, jugisque lati-*

lætitia? Quid enim tam proprium veræ Beatitudini, tamque conveniens, quam tranquillitas jugis, & gaudium sempiternum? & Lorin. *in Psalm.* 50. *vers.* 17.

326 VEL quidam fuit sublimissimæ contemplationis effectus, ut evincitur ex proxime relato testimonio Proc. fol. 493., ubi, quod = *essendo occorso doversi leggere in Refettorio un libro &c., che trattava MOLTO ELEVATAMENTE DEGLI EFFETTI DELL' ORAZIONE &c., gli disse* (Dei Famula) *quel punto &c. è quello appunto, che io dicevo &c. che fece* (Deus) *a quella persona, che io sapevo*. Qui quidem effectus mystica illa certe fuit intima, felicissima, & arcana, paucissimisque concessa, cum Deo unio, quæ a Donis infusis Spiritus Sancti procedit, & tam in substantia, quam in modo, est omnino supernaturalis; in qua potentiæ animæ arcano quodam modo Deo actionibus propriis vitalibus conjunguntur, clarissimaque luce sapientiæ perfusus intellectus Deum respicit, ut quoddam totum, in quo est omne bonum, ita ut ab eo in aliud diverti nequeat, ipsumque, cunctas imagines trascendens, contemplatur, non jam eum *in sua claritate, & splendore meridiei*, ut in patria, intuens, sed velut *in aurora*: Voluntas autem ardentissimo amore constringitur, ita ut anima toto affectu in eum transeat, cui arctissimo complexu conjungitur, sibique mortua vivit in Deo, nihil sciens, nihil sentiens, præter amorem, de qua mystica unione copiose agunt S. Jo. a Cruce *in obscura nocte animæ lib.* 1. *cap.* 4. *post med., & lib.* 2. *cap.* 13. §. *fin.*; Card. Bona *in Via Compendii ad Deum cap.* 5. §. 1. & 2., & *in Divin. Psalmod. cap.* 15. §. 3. *num.* 5.; atque hanc futuræ gloriæ prægustationem esse docet Card. Bona *loc. cit.* his verbis = *in ista unione SUMMA FELICITAS VITÆ HUJUS CONSISTIT, ET QUÆDAM FUTURÆ GLORIÆ PRÆGUSTATIO*.

327 Ne putent autem præstantissimi PP., hoc nos verbis tantum asserere, nulla autem argumenta proferre. Evolvant amabo Expositionem Virtutum *a pag.* 10 *ad tot* 15. & intelligant summum illud, ac mirificum Orationis studium, cui perpetuo dies noctesque inter ipsa manuum opera vacabat. Evolvant *a pag.* 48. §. 34. *ad tot pag.* 50. & *pag.* 56. §. 43., & invenient Dei Famulam in contemplationem absorptam, immenso Divino amoris ardore etiam exterius exæstuantem, ac modo splendoribus circumfusam: modo ectaticam: modo in altum sublatam: modo toto corpore, instar Crystalli, diaphanam: modo circumquaque suavissimum odorem spirantem: modo Angelico vultu præditam, qui spectantes ad Deum diligendum inflammabat: modo aliis Divinis muneribus ditatam. Totam, uno verbo, eamdem evolvant *Expositionem*, & eamdem Dei Ancillam reperient multiplici, durissimaque carnis mortificatione se exercentem: in Humilitatis profundum demersam: se ipsam Deo servantem puram, nudam, simplicem, ab omnique terrena delectatione avulsam, eximiarumque virtutum exercitio ornatam, & ne plura persequamur, rebus omnibus, sibique mortuam, ut viveret ipsa, jam non ipsa, viveret vero in se Christus.

328 Hæc autem omnia clarissima esse hujusce intimæ unionis argumenta, diffuse docent *Harphius*, *Rusbrochius*, *Taulerus*, *Dionysius Cartusianus*, *Blosius*, *Gersonius*, *Card. Bona*, aliique mystici, quorum verba transcribere cum longum, tum, ne videamur doctissimorum PP. sapientiæ diffidere, minime est necessarium.

329 Restat nunc *inanis gloriæ suspicio*, qua Animadversiones Dei Ancillam in his rebus narratis perstringunt, quam quidem facili responsione depel-

lemus. Et ad Privilegium in primis quod spectat sibi divinitus *instar Beatorum concessum*, id, quum uni suo Spiritus Moderatori, sibimet ipsa non fidens, sed ejus exquirens consilium, scripserit, tantum abest, inanis gloriæ suspicionem commoveat, ut, si secus gessisset, ab heroica animi demissione, tantum sibi sine consilio tribuens, desciviſſet.

330 Quod *de fruitione Beatitudinis post sacram susceptam communionem*, dixit Testis LXXI., dixit id quidem tum ejus Consodali: tum occasione, qua hæc ad sacram communionem accedebat, ut maxima eam devotione ad Sanctissimæ Eucharistiæ fructus pecipiendos inflammaret: tum mirifica modestia: tum denique non de se, sed de tertia loquens persona, *in cit. Process. fol.* 1174. = *in una certa occasione, in cui la Deponente si communicò in detto Convento colla Serva di Dio, questa l'avvertì &c.*, *con la sua consueta modestia e dissimulazione: Io sò di un Anima &c.*

331 Hæc autem memoratæ narrationi adjuncta quamcumque plane inanis gloriæ suspicionem tollunt; tum ipse magis narrationis modus, quo alium quempiam, quam se ipsam, significans, jactantiam vitabat, Christianamque modestiam colebat: instar ejus, quod Paulus ad Corinthios scribens in 2. cap. 12. *Scio*, inquit, *hominem raptum &c. usque ad tertium Cœlum*, ubi Glossa sic ait = *Scio hominem, quasi de alio; & res dicitur, ET JACTANTIA VITATUR*, & Menochius = *de se ipso, quasi de alio quopiam loquitur; ID ENIM ERAT CHRISTINÆ MODESTIÆ*, & S. Jo. Chrysostomus de Laudibus S. Pauli Homil. V. = *Videsne igitur, per quanta docuerit non inaniter gloriari? &c dum sub alterius persona dixit: Scio hominem*, & Homil. 26. *in* 2. *ad Corinth.* §. 1. = *ut & quantum fas erat, diceret, & de se aperte loqui vitaret, sic orationem conformavit*, & Joannes de se loquens = *Discipulus*, inquit, *quem diligebat Jesus* cap. 21. 20.

332 Quod vero Testis = *avvertì nel color del suo viso &c., che l'anima, di cui parlava in terza persona, era la stessa Serva di Dio*, ejusmodi Testis argumentum aliunde, quam a Dei Ancillæ verbis desumptum, modestam rei narrationem non immutat, ita ut ad rem apte conveniant Tullii verba *Pro Leg. Manil.* cap 37. = *vestra admurmuratio facit, ut agnoscere videamini, qui hæc fecerint; ego autem neminem nomino*.

333 Similiter modestiſsime *de tertia* loquens *persona* Monialibus de Donis colloquentibus a Deo SS. Gertrudi, ac Theresiæ concesſis dixit = *che una grazia &c. fatta da Dio ad un anima &c.* Et quamquam uni Moniali seorsum eam interroganti = *se quell'anima era forsi di qualche persona, che stava in quel Convento?* responderit = *è di questo Convento, ma io non ho licenza da Nostro Signore per dirvelo*, non modo tamen id uni significavit sibi intimæ Moniali, qua cum spiritualia ad ejus animæ profectum habere solebat colloquia, ut intelligens potentiam Domini, ac divitias bonitatis ejus, animum ad majorem assequendam perfectionem extolleret; ut hæc eadem testatur *Proc. fol.* 327. *ter.*, ubi quod Dei Ancilla nescio quid aliud generice narrans, eidemque specialem requirenti expresſionem sic respondit = *essere questa una grande curiosità, bastandogli soltanto quel che gli aveva detto, e ciò perche era sua Figlia, e l'amava in nostro Signor Gesù Cristo, AFFINCHE CONOSCESSE LA POTENZA, E BONTA' DI DIO, IL QUALE PUO', E FA GRAZIE ALLE SUE CREATURE*; verum etiam verbis illis = *è di questo Convento*, nullam certam designavit personam, quæ in magno Monialium numero incerta, atque ignota manebat.

334 Tantumque abest, Dei Famulam ejusmodi loquendi modo suipsius declara-

ra-

rationem intendisse, ut, quum quadam vice *de tertia* pariter *persona* cum eadem Moniali verba habens, hæc ipsi dixisset = *Madre mia, mi pare, che Vostra Riverenza sia quella persona*, ægro id animo tulerit, talemque de se opinionem, quam ne suspicabatur quidem, Divinorum munerum largitione se indignam profitens, ab ejus animo radicitus studuerit evellere = *detta Serva di Dio mostrò qualche dispiacere colla sua profonda, e consueta umiltà, e gli disse &c. Non sa la Carità vostra, che coloro, i quali sono stati tanto cattivi, come sono Io, e tanto ingrati alle sue misericordie, non sono capaci di simili grazie? &c. non vede la Carità vostra, che io sono un piccolo verme della terra, & indegna di una grazia sì grande*, *Proc. fol.* 328. *ter. & seq.*

§. IV.

335 Male se gessisse Dei Famulam, objiciunt Animadversiones *pag.* 15. §. 41. quæ Monialibus quemdam nuper defunctum inferis damnatum esse pandit = *che l'anima di quella persona defonta si era condannata*, ex testimonio M. Antoniæ a Præsentatione Testis V. Proc. Ord *fol.* 425. *ter & seqq.*, postulantque a nobis, ut doceamus, *scandalo Civitati fuisse perditis moribus suis hominem illum; alias gravis illusionis suspicio exinde emergeret, quum nec Divina Providentia æternum occulti Peccatoris interitum soleat revelare, nec ullo argumento Dei Famula assertam confirmaverit revelationem.*

336 Noscant autem oportet amplissimi PP. rem totam, quemadmodum evenit = *Sa la Dichiarante*, (sunt Testis verbi cit. fol. 425. ter.) *che avendo fatta orazione la detta Serva di Dio per una certa Persona, che stava in grave pericolo per una grave Infermità, che soffriva, tutte le volte, che facea detta orazione usciva da questa con il viso molto melanconico, sino a tanto che alla fine stando un giorno in Refettorio, giunse ivi la nuova della di lei morte, e nell'istesso punto la Serva di Dio sospese di mangiare, e con il viso molto infiammato rimase sospesa, vedendosi in detto viso, e nelle mani certe striscie di color pavonazzo, in guisa tale che furono obbligate le Religiose a cavarla dal Refettorio, e trasportarla nel sito, ove soleva sedere tra giorno, ed ivi stiede essa fino al dopo pranzo senza potersi muovere, brugiando come fuoco, di maniera tale che portandogli de vasi d'acqua fredda, che essa chiedeva per rifrescarsi, ponendovi le mani, e viso, restava l'acqua tanto calda, che sembrava posta al fuoco, e successivamente, ed in quella medesima notte essendo stata interrogata, qual cagione avesse avuta per patir tanto, detta Serva di Dio rispose con un sospiro, che diede, la cagione esser stato l'aver saputo, che l'Anima di quella Persona defonta si era condannata, sembrando alla Serva di Dio, che stava sentendo le medesime pene, che pativa quella nell'Inferno, considerando, quanto poco si era approfittato del Sangue di Gesù Cristo Nostro Signore.*

337 Præter hanc simplicem, suisque adjunctis orbatam, hujus Facti narrationem a prædicta Moniali editam, nemo alius in toto Processu reperitur Testis, qui hoc Factum commemoret. Rem igitur a nobis præstantissimi PP. postulant impossibilem, ut illud doceamus, quod Testes nulla significatione declarant.

338 Hoc autem, non opinione dubia, levibusque conjecturis, sed firmissimis argumentis, evincemus *de Divina Revelatione* dubitari non posse; Agebatur porro de Ven. Dorothea, cui cordium arcana, & quæ mox futu-

 ra

ra erant, revelare solebat Deus, cujusmodi revelationum veritatem res ipsa confirmabat; quemadmodum, peculiaribus relatis casibus, narrant Testes *in Exposit. Virt. pag.*77. *ad fin. & seqq.*, *& pag.* 108. §.80., Summar. *pag.* 122., & late in Processu *tum Ordinario* super Art. 17., 27. & seq., tum *Apostolico* super Art. 63.

339 Agebatur de ea, quæ heroica erga Proximum Charitate prædita erat, Justitiæque partes omnes implebat, ut fuse *in d. Exposit. Virt.*

340 Ea illa erat, e cujus ore nullum umquam excidit verbum, non dicimus, quod quemquam vel levissime posset offendere, sed ne otiosum quidem, aut paulo minus consideratum: teste P. Monterio ejus Confessario *Sum. pag.* 114. §.36. *& seqq.*

341 Ea ipsa erat, quæ nec ad interrogata respondere, nec verbum ullum proferre, etsi de parvi momenti rebus ageretur, nisi lumine a Patre luminum implorato, solebat; ad quod etiam peculiari Voto se obstrinxerat, = *non rispondere parola a qualsivoglia cosa, che mi venga domandata, e di non parlare, senza ricorrere all'Orazione*, ut copiose in dicta *Exposit. Virt. pag.*37. *ad fin. & seq.*

342 Ea erat, quæ hominem illum tanta benevolentia, charitateque prosequebatur, ut fervidas ad Deum preces pro illius effunderet salute.

343 Illud de eadem Dei Ancilla animadverterant Moniales, quod quoties pro viro illo Deum rogaverat, toties, ac illud audisset a Domino Jeremiæ 7. 16. *Tu ergo noli orare pro populo hoc &c.*: *quia non exaudiam te*, summum mœrorem animi præseferebat, = *tutte le volte, che faceva detta Orazione,, usciva da questa con il viso molto melanconico.*

344 Vix illius mortis nuncio, tota Religiosa Communitate præsente, audito, illico extra se rapta fuit = *nell'istesso punto la Serva di Dio sospese di mangiare, e con il viso molto infiammato rimase sospesa*: pluraque extraordinaria, atque mira, in ejus persona evenerunt ex proxime memorata Teste intelligenda.

345 Interrogata a Monialibus = *qual cagione avesse avuta per patir tanto*, Dei Ancilla *suspirat alte*, (ut apte ad rem usurpemus Gersonii verba *in Qu.*: *An male loqui de aliis sit peccatum Tom.* 2. *col.* 464.) *tristatur, dolet, & abbreviat sermonem, quantum videtur sufficere ad ostensionem infirmitatis, quæ sibi tantæ tristitiæ causa existit*; ac paucis æternam illius aperuit damnationem = *rispose con un sospiro, che diede, la cagione essere stato l'aver saputo, che l'anima di quella persona defonta si era condannata.*

346 His autem omnibus, non seorsum singulis, sed simul universis, spectatis, cuiquam profecto, cui cor sapit, persuasissimum esse debet, hominis illius damnationem prorsus, vereque Divinitus fuisse Dei Famulæ revelatam, ex iis, quæ ad rem animadvertunt Card. Bona *de discret. Spirit. cap.*7. *nu.*6., & Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 41. *num.* 20.

347 Hac autem posita Divina illius hominis damnationis Revelatione, non est profecto, cur Dei Famula hujus rei manifestationis arguatur. Quandocumque enim aliquid quis patefacit, quod Divinitus cognovit, quum alterius famam lædere non intendit, imo ejus infelicem statum acerbissime dolet, ab omni censeri debet culpa immunis: pari quidem ratione, ac ille, qui occulta cujusdam peccata ex superna illustratione cognita, manifestat; ut apud S. Thomam 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 7. *ad* 2., & Benedictum XIV. *lib.* 3. *cap.* 41. *sub num.* 3. ibi = *De aliquibus Sanctis legitur, eos occulta peccata publica admonitione aliquando reprehendisse: sed, cum occulta peccata non humano modo, sed ope Revelationis Divinæ cogno-*

verint, legi praecedentis privatae admonitionis in eo rerum eventu non erant adstricti. Passim in Vitis Sanctorum similia gesta leguntur.

349 Et plane ejusmodi Revelatio, quae *ad Prophetiae genus* refertur a S. Joan. Crysostomo *in Synopsi Scripturae Sacrae Oper. Tom. 6. pag.* 317. = *Ad Prophetiam quoque pertinet, res praesentes annunciare, quando quidpiam efficitur, sed occultum est, ut accidit circa Ananiam, & Sapphiram. Illic enim neque praeteritum, neque futurum, sed res praesens, occulta tamen. Petrus ergo haec per Prophetiam revelans in medium adducit*, & *Homil.* 5. *in* 1. *ad Timoth. cap.* 5. *Oper. Tom.* 11., Cornel. a Lapide *in* 2. *S. Petri* 1. 20., Cardin. Bona *de Discret. Spirit. cap.* 17. §. 2., & Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 45. *num.* 1. & 2., & *cap.* 47. *num.* 1., externam secumferebat manifestationem, ut in *Epist.* 1. *ad Corinth. cap.* 12. *vers.* 7. & 10. & docent Card. de Lauraea *Oper. Tom.* 4. *disp.* 19. *art.* 9. *num.* 190., & *seq.*, 194. *in fin.* & *num.* 200. ibi = *Prophetia principalius importat externam manifestationem* = *in manifestatione potius, quam in cognitione, consistit Prophetia* = *Deus intendit manifestationem occultorum aliis faciendam* = *cognitio, seu visio Prophetae ordinatur ad finem annunciationis, quod est principale Dei intentum*, & laudatus Pontifex *citat. cap.* 45. *num.* 3.

349 Et bene Matthaeuc. *in Praxi ad Caus. Beatific. Tit.* 3. *cap.* 3. *art* 3. *num.* 17. = *Imo censendum, quoties a Deo revelationes mulieribus communicantur, cum ad utilitatem etiam Fidelium conferantur, ILLIS ETIAM CONCEDI, QUOD ALIIS SIGNIFICENT, ET COMMUNICENT, cum hoc medium sit, ut aliis sint utiles.*

350 Immo is, cui quid Divinitus revelatum est, non modo superna virtute ad illud aperiendum movetur, sed quandoque etiam impellitur; ut apud Lyranum *in* 1. *ad Corinth. cap.* 14. *num.* 21. *in fin.* = *Sciendum tamen, quod non semper in potestate Prophetae est tacere, imo aliquando Spiritus movet ipsum ad loquendum contra voluntatem suam, sicut patet de Balaam Num.* 23. & 24., *quod benedictionem populi Israel tacere non poterat*, & in Jonam cap. 1. 4. = *prolatio verbi prophetici magis sequitur formam Divinae voluntatis, quam humanae.*

351 Quodque revera Deus illius damnationem hominis notam voluit esse Monialibus, satis perspicue atque aperte, si diligenter attendimus, tam videmus animo, quàm ea, quae oculis cernimus. Quorsum namque illud spectabat, quod Moniales semel, pluriesque adverterent Dei Famulam, quum pro illo orasset, summo animi moerore correptam? Quorsum nova illa, insolita, atque mira, quae, illius mortis nuncio audito, in ipsius Dei Ancillae persona coram tota Religiosa Communitate praesente, spectanteque evenerunt? Quid illa Monialium animorum perturbatio, atque ex his, quae perspexerant, necessario profecta sollicitudo tantae rei causam conquirendi? Siccine non latent initia, atque publica sunt media, patetque aditus rei occultandae?

352 Quae quum ita fuerint, necesse utique non est, ut de scandalosa illius hominis vita, perditisque moribus, deque hujusce Revelationis fine, atque fructu, doceamus, ac de Filiorum, & Consanguineorum ex hac publicatione infamia loquamur. De reliquo, *ad primum* quod attinet, non temere profecto, aut levi conjectura ducti affirmare posse videmur, virum illum perversis, corruptisque moribus suis scandalo Civitati fuisse. Videmus enim Moniales, aeterna illius damnatione audita, nulla fuisse admiratione commotas, ad quam certe, eamque maximam fieri non poterat, quin omnino traducerentur, si inexpectatus hic tantus nuncius, illiusque

que viri moribus, communique de ejus acta vita opinioni minime congruens fuisset.

353 Quantum vero ad alterum spectat, etsi *finis*, quamobrem illius damnatio revelata fuit, quemadmodum & fructus, qui eamdem Revelationem consecutus est, ex defectu peculiaris Judicum in id inquisitionis, latet; spectasse tamen manifestationem Divinæ justitiæ, & futurorum præscientiæ, aliorumque Peccatorum emendationem, in dubium revocari non potest, ex Epist. 1. ad Corinth. 12. 11. = *datur manifestatio spiritus AD UTILITATEM*, & cap. 14. 3. = *Qui prophetat hominibus loquitur AD ÆDIFICATIONEM, ET EXHORTATIONEM*, & Cardin. de Lauræa *cit. Tom.* 4. *Disput.* 4. *art.* 5. *num.* 212. ubi de alicuius damnatione revelata sic ait = *Objicies: Talis Revelatio non haberet ullum finem &c. Respondeo negando. Finis enim esset manifestatio Divinæ justitiæ, & futurorum præscientiæ*, & ad rem Card. Bona *de Discret. Spirit. cap.* 19. *§.*8. = *ab istis apparitionibus multæ ad nos utilitates emanant; ostendunt enim, animam simul cum corpore non interire &c. & si damnati sunt, qui apparent, præcones sunt Divinæ justitiæ, & ita nos vitam instituere docent, ne & ipsi pari pœna plectamur.*

354 Tertium denique de Consanguineorum infamia, ea facili responsione dissolvitur, quam suggerit nobis Chrysostomus *in Matth. Homil.* 3. §. 4. sic inquiens = *Non potest enim, non potest utique quispiam ex nequitia Majorum improbus esse, aut inglorius. Verum, si quid mirum dictu proferendum, ille majori fulget splendore, qui ex non probis Majoribus ortus, probus tamen effectus est*, & in Terræmotum, & Lazarum Conc. VI. §.6. Oper. Tom. 1. = *Matrem habes scelestam? nihil ad te attinet: nec illius improbitas tibi quicquam nocet, si nequitiam deponas: major laus surget, quod quis cum haberet matrem scelestam, illius improbitatem non sit imitatus, sed dulcis fructus sit ab acerba radice prognatus.*

§. V.

355 Reprehendenda Animadversionibus videtur §. 42. illius Visionis manifestatio, quam refert *Testis VI. Proc. Ordin. fol.* 518. in hæc verba = *Si ricorda la Dichiarante avergli detto un giorno la riferita Serva di Dio, che stando ritirata colle sue Compagne, prima che si ponesse la Clausura, e doppo la Communione, vidde a suo parere tra sonno, e sonno una grande moltitudine di Religiose vestite dell'abito del glorioso P. S. Domenico, e subito, e successivamente vidde S. Bonaventura, che gli diceva, che tutte quelle Religiose dovevano essere sue figlie, e passeggiarebbero sopra le stelle; e che in detta occasione la detta Serva di Dio fece riflessione, che tra tutte quelle non vi era alcuna di quelle, che al presente stavano in sua compagnia;* Ejusmodi enim Visionis patefactio *tantum abest*, ut *Moniales, quibuscum loquebatur, ad suscepta Monasticæ perfectionis officia sancte adimplenda alliceret, ut potius, quum eis significasse videtur, nullam ex ipsis ad cœlestis Beatitudinis portum fore perventuram, in summam æternæ assequendæ salutis desperationem adduceret.* Perguntque *§.* 43. *&* §. 44. verborum vim magna contentione profundere, ut ostentent, Dei Famulam fuisse in hac Visione deceptam, *tum* propter patefactam Monialium *tum* viventium, pietateque præditarum ruinam: tum propter revelationem prædestinationis futurarum Monialium.

356 Sed ea inprimis a veritate dissentit Animadversionum assertio, quod Dei Fa-

Famula hanc Visionem *Monialibus*, *Sociisque suis* patefecerit, quum uni tantum aperuerit huic Testi intimæ ejus Familiari, quæ (ut ipsa ait Proc. fol. 492. ter. in fin.) *soleva alcune volte parlare spiritualmente a solo a solo colla Serva di Dio*, & fol. 509. ter.

357 Ipsa vero tantæ objectionis moles hac responsione funditus concidit, quod VEL in *Visione* illa, de qua est quæstio, quæque nec corporea, nec intellectualis, sed *imaginaria* fuit, ad confirmandum, corroborandumque Dei Ancillæ animum in suscepto, inchoatoque Fundationis negotio, quod maximis eo tempore excitatis adversitatibus interturbabatur, ut, proposito sibi ante oculos fructu inde promanaturo, alacrior ad illud perficiendum eniteretur: VEL in illa, dicimus, *Visione*, etsi magna Dei Famulæ repræsentata fuit Monialium multitudo, quæ æternam consecuturæ erant gloriam = *una grande moltitudine di Religiose*, quum tamen nulla his verbis adjecta fuerit dictio aut *universalis* cunctas omnino complectens, aut, quam nostri vocant, *taxativa* cæteras excludens, eæ, quas conspexit, Moniales non utique omnes erant, neque in earum numero, quæ tum in humanis degebant, ne earumdem prædestinationis mysterium, præter ordinarias divinæ Providentiæ leges, patefieret.

358 VEL eidem Dei Famulæ, quum ad finem, quem Visio spectabat, sufficeret, eamdem scire, plurimas sui Asceterii Moniales cœlestem adepturas Beatitudinem, certas vero, determinatasque intelligere personas, non intererat, revelatum Divinitus non fuit, quæ ipsæ essent Moniales, ut bene in illud Danielis 8. 27. = *Stupebam ad Visionem, & non erat qui interpretaretur*, Lyranus ibi = *Licet Visio esset ei interpretata in generali, non tamen omnino in speciali, quantum ad nomina Regum, & determinatarum personarum. Ex quo patet, quod Spiritus Sanctus non semper revelat Prophetis sensum plenarium Visionis, sed solum quantum expediens est pro loco, & tempore, & personis, pro quibus fit revelatio*, Maldonatus = *Quærit Hieronymus, quomodo Daniel dicat, neminem fuisse, qui interpretaretur, cum jam Angelus esset interpretatus? Respondet, Danielem ab Angelo tantùm Regum futurorum bella didicisse, nomina autem eorum non didicisse*, Menochius = *Non erat, qui interpretaretur: scilicet in particulari nomina singulorum, & tempora, & alias circumstantias; nam quæ Angelus exposuit Danieli, valde generalia erant, neque ex illis colligi tum poterat, quando, a quibus, & quomodo, &c.*, & Cornel. a Lapide *ibidem*.

359 Atque idcirco, quamquam Dei Famula inter earumdem Monialium imagines nullam se conspicatam dixerit earum, quæ tum vivebant, vere id quidem dixit, at, quemadmodum ex hoc, *neque* ad certarum personarum prædestinationem, *neque* ad aliarum determinatarum ab æterna gloria exclusionem inferri poterat, ita ejusmodi Visionis manifestatio (quæ ceteroquin, ut diximus, uni facta fuit Moniali) nihil prorsus Monialium animos *aut* ad æternam gloriam desperandam, *aut* ad suam prædestinationem certam habendam, conducebat; *ut per sese intelligitur*.

360 Non desistebat tamen eadem Ancilla Dei Moniales monere, atque hoc sæpe sæpius, ac vehementer urgebat, ut cum timore, & tremore salutem suam operarentur, atque eam virtutum omnium, perfectionisque viam conficerent, qua ad æterna gaudia pervenirent; prout hæc ipsa narrat Testis VI. *Proc. Ordin.*, cui Dei Famula ut eam in vocationem suam sanctissime implendam alliceret, memoratam Visionem aperuit, *Sum. pag.* 95. §. 51. = *solendo dire nei Capitoli, allor quando parlava con esse* (Monialibus) *che stassero attente, perche nostro Signore non aveva fondato questo Con-*

Convento acciò ve ne fosse uno di più in Siviglia, bensì acciocchè fosse questa Casa un giardino, in cui S. D. M. si ricreasse.

§. VI.

361 Ex *præteritis* Animadversionibus hanc *novæ* transcribunt, atque *ex* §.45, *ad totum* §.50 dilatant, sibi nostris Responsionibus non satis, ut ajunt, dilutam, objectionem: nimirùm Dei Famulam suis Scriptis retulisse, tamquam sibi dictum a Domino = *che mi ha destinato a grandi cose* Process. fol.42. = *che a tuo conto stà la conversione del Mondo* Proc. fol. 41. = *che mi ricuopra di cilizio, e mi tagli li capelli &c., acciocchè termini in me quel che ha cominciato, e dia principio alla riparazione del Mondo*, fol.37. Atque primum animadvertunt, hæc verba *universum* significare *Orbem*, tum quia Dei Famula ita subjungit = *pare, che subito, che mi disse ciò, mi posero un peso intollerabile sopra di me &c. Non molto tempo dopo rappresentarono innanzi a me il Mondo, e l'Inferno, e viddi, che quasi si spopolava, & andava contro di me difendendo, ed impedendo la conversione, e salute di quelle anime*, Proc. cit. fol.41.: tum etiam quia in iisdem Manuscriptis *fol.38.* sic legitur = *Ciò allude a quel che si disse del Maestro Castroverde circa li successi da seguire dopo la morte, cioè che si spogliarà il Purgatorio, ed in sua compagnia saliranno al Cielo, e si darà la gloria a quest'anima, per mezzo di cui Iddio farà tante meraviglie, come la diede agli Apostoli.* Deinde vero verentur, ne ejusmodi Revelationes *detrahant Archiepiscopo, & Clero Hispalensi, tum vero Episcopis reliquis, qui tunc temporis positi erant a Spiritu Sancto regere Ecclesiam Dei, ipsisque etiam Romanis Pontificibus: detrahant tum etiam cognitæ sanctimoniæ tot Christianæ perfectionis Heroum, qui ab anno* 1558. *natali Servæ Dei ad annum* 1623., *quo obdormivit in Domino, floruerunt*, quos pergunt singillatim enumerare; ac denique detrahant Religiosorum Ordinum Fundationibus *tum in Hispaniis, tum in aliis Christiani Orbis Provinciis* ab anno 1582. ad dimidium usque insequentis seculi peractis, quas numerando percensent. Demumque queruntur, dolentque nobiscum *vehementer*, quod in anteacta Defensione *mirati maximopere fuimus, religiosissimas Animadversiones religioni non habentes gravissimum S. Congregationis de Scriptis Servæ Dei Judicium suprema Pontificis auctoritate confirmatum, istiusmodi proferre Revelationes ex iisdem Scriptis depromptas*, contenduntque id fas esse Fidei Promotori *pro reservato sibi jure*.

362 Anteaquam rem ipsam, in qua objectionis cardo vertitur, explicemus, aliquid est nobis de isthac Animadversionum conquestione dicendum. Dicimus autem, eamdem prætermittendam penitus, atque in aliam Causam, in aliud tempus, in alium locum, atque contra alios fuisse reservandam. Non equidem sumus tam istius S. Congregationis disciplinæ ignari, atque expertes, qui tot annos in his agendis Causis versamur, ut nesciamus, quod Lippi, Tonsoresque norunt, in Decreto approbationis *Scriptorum* eam semper adjici, ac etiam non adjectam pro expressa haberi, clausulam = *reservato jure Fidei Promotori opponendi suis loco, & tempore*; At scimus tamen, ejusmodi reservationem, neutiquam plane ad ea pertinere, quæ S. Congregatio, juxta Urbani VIII. statuta, jam judicavit, nimirum, ut Benedicti XIV. verbis utamur *lib. 2. cap. 22. n. 8.* = *an in eis aliquid insit contra Fidem, & bonos mores, aut aliqua doctrina nova a communi Ecclesiæ sensu, & consuetudine aliena*; Inutile namque, penitusque frustratorium istud esset præjudiciale de Scriptis judicium, atque res etiam

per-

perniciosa exemplo, si; post illud, servatis servandis, peractum absolutumque, integrum esset Fidei Promotori quidquam in Animadversionibus suis objicere earum rerum, quæ *ad Fidem, bonosque mores*, aut *doctrinam* spectant, de quibus jam judicatum est, sed ad ea tantùm ejusmodi reservationem pertinere, quæ heroicis officere videntur virtutibus, de quibus quæstio instituitur.

363 Quum autem in anteactis Animadversionibus *pag.* 18. §. 34. objiceretur, quod Revelationes, de quibus modo agitur, GRAVEM, ut sunt earum verba, DE FAMULÆ DEI FIDE INGERUNT SUSPICIONEM, *quia si hisce aures præbuit, Diabolo sibi illudenti credidisse videtur*, *&* DE MAGNO REDEMPTIONIS OPERE MINUS RECTE SENSISSE, merito quidem, ac jure mirati fuimus de istiusmodi Animadversione, qua S. Congregationis judicium, Pontificia auctoritate munitum, retractari, infirmari, rescindique contendebatur; ita ut *novis* Animadversionibus prætermittendum plane, deserendumque fuisset susceptum *priorum* defensionis officium. Sed gaudemus, præteritam admirationem, conquestionemque nostram eum peperisse fructum, ut *novæ* Animadversiones *a prioribus* discesserint, ac Revelationes, de quibus agitur, non amplius tamquam rectæ Fidei Adversantes, sed tantum quasdam contendunt esse *illusiones*.

364 De re nunc ipsa differentes, esto Animadversionibus, verba illa = *conversione del Mondo = riparazione del Mondo*, Orbem universum comprehendere; at illud omni asseveratione affirmamus, quod certum, compertumque est, non aliud eadem verba, non aliud profecto significare, nisi corruptorum morum reformationem, atque Infidelium, & Hæreticorum conversionem; ut scilicet Dei Ancilla, assiduis, ferventibusque precibus, dira sui corporis afflictatione conjunctis, in procurandam animarum salutem, fierent ut omnes passionis, ac redemptionis D. N. JESU CHRISTI plane participes, toto animo, & studio omni, maxime incumberet.

365 Quod, licet apertissime per sese intelligitur, manifestius tamen redditur ex aliis Dei Ancillæ Scriptis, Proc. fol. 36. = *Apparendomi l'eterno Padre disse = Questi dolori ti ho dato Io, quali sono un saggio di quelli, che il mio Figlio ha patito per la Redenzione tua, e di tutti, perche più l'ami, e con ardente desiderio mi domandi la conversione, e salvazione di tutti coll' offerirmi tu le Piaghe, e Passione del mio unigenito Figlio per essi, ed in ciò mi compiacerai, e servirai molto*, fol. 38. ter. = *o misericordiosissimo Padre Eterno, Dio mio dell'anima mia, somministra luce, e forza, acciocche conoscendoti ti ami; ed amandoti ti servi, e col servir te restino tutti convertiti per li meriti della Passione. e morte del mio Redentore Gesù Cristo tuo Figlio, che regna con lo Spirito Santo un Dio solo ne' secoli de' secoli*, fol. 41. ter., ubi hæc Dei Patris ad se verba refert = *che egli aveva dato il suo unigenito Figlio per la salute del Mondo, ed egli ci redimè con si gran prezzo, ed i Testimonj di una tale Redenzione erano quelle preziosissime piaghe, e che avendo io compassione delle piaghe del nostro Redentore, e della perdita delli Redenti, con molta istanza, ed ansia face si orazione per la conversione del Mondo, e subito lo posi in opera*, & fol. 45. ter. = *mi viene ordinato &c., che io chieda con grande istanza senza cessare, che riformi, e rinuovi il Mondo per la via più conveniente alla gloria, e servigio di Dio*.

365 Et Proc. fol. 40., ubi quod Divinitus edocta fuit, *che Dio era mal contento del Mondo, e voleva castigarlo con grandi castighi*, atque = *che chiedessi con grande istanza, e che supplicassi Nostro Signore, che si con-*

 ver-

vertisse quest'Opera di Giustizia in Misericordia, col convertire gl'Infedeli, ed Eretici alla sua santa cognizione, col ridurre à vita buona quelli, che stanno in peccato mortale, coll'illuminare, e disingannare quelli, che stanno immersi nella vanità del Mondo, e col riformare tutti nelli loro stati, e col convertire tutti à vera Penitenza, e col procurare, che tutti vivino à norma delli Divini commandamenti.

367 Frustraque Animadversiones objiciunt, quod = *de precibus pro omnium salute effundendis commune mandatum est unicuique Fidelium in Eccli.* 17. 12. *Epist. Jacobi* 5. 16., *& in* 1. *ad Timoth.* 2. 1.; Etsi enim hoc commune est unicuique Fidelium mandatum, numquid propterea haud verisimile est, Deum id specialiter Famulæ suæ præcepisse? *Dio*, (sunt verba Inguimbertii in Theolog. Claustri Tom. 3. pag. 104.) *che veggbia sopra i suoi Eletti, non si appaga di avergli muniti di Leggi generali, ma egli impone loro delle obbligazioni particolari* (.

368 Interest quamplurimum inter Præceptum generaliter omnibus injunctum, ac speciale alicui a Deo particulatim datum; nam hæc specialis Divina jussio multum addit supra communem obligationem, ut apud Cornel. a Lapide in 1. *Reg. cap.* 15. *vers.* 23.; cui consentit vulgatum axioma, quod præceptum peculiare fortius quem stringit, quam lex generalis, de quo Reiffenstuel *in Jus Canonic. Tit. de Constit. num.* 43., & *in Theolog. Moral. Tom.* 1. *Tract.* 2. *Distinct.* 1. *num.* 18.; atque tantum quidem, ut, si mandatum generale non obligaret sub gravi, immo etiamsi merum esset consilium, is tamen, cui Divina jussio specialiter facta fuit, si illius implementum omitteret, graviter peccaret; ut post S. Gregorium *Moral. lib.* 6. *cap.* 12. *ad fin.*, S. Bernardum *Serm.* 26. *de Divers.* §. 3., Contensonium *in Theolog. ment. & cord. lib.* 6. *Dissert.* 2. *cap.* 1. *Speculat.* 3. §. *Tunc ergo*, late Inguimbertius *in proxime cit. Tom.* 3. *pag.* 66. *& seqq.*, *pag.* 77. *& seqq.*, *pag.* 80. = *se &c. trova Iddio esser quello, che gli ha parlato &c., questo appunto è il caso, in cui un consiglio si cangia in obbligazione, che non si può lasciar di eseguire senza peccato*, & pag. 100. & seq.

369 Quid, quod Deus plura eidem Ancillæ suæ peculiariter injunxit, quæ omnibus Fidelibus præcepta non sunt? Porro præceptum affirmativum etsi semper obligat, non tamen, ut Theologi dicunt, *pro semper*, nimirum pro omni, sed pro certo tantum, & determinato tempore, proque aliis rerum circumstantiis, S. Thom. 2. 2. *quæst.* 3. *artic.* 2. *in corpor.*, Gerson. *in Regul. Moral. Oper. Tom.* 3. *col.* 80. *lit. D.*, Reiffenstuel *Theolog. Tom.* 1. *Tract.* 3. *Distinct.* 1. *num* 11.: Deus autem voluit, ut Ven. Dorothea, quam crebro, frequenterque poterat, in hac cogitatione, curaque versaretur, seque totam huic negotio daret. Itemque generale mandatum, de quo agitur, nos non obligat, ut precibus nostris diram corporis afflictationem addamus: Deus vero hanc simul jussit, ut Ven. Virgo ad orationes suas adjungeret. Demumque ex hoc generali mandato nemo privatus curare, atque efficere tenetur, ut similes obsecrationes, orationes, ac postulationes ab aliis quoque fiant: Deus autem ab Ancilla sua non fervidas tantum ipsius preces, sed summam etiam expetiit sollicitudinem, ut, Sacro instituto Asceterio, cunctæ quoque Deo devotæ Virgines peculiaribus orationibus, perpetuaque carnis castigatione, in hac imploranda S. Fidei exaltatione, morumque reformatione evigilarent; ut ex Proc. fol. 32., & fol. 33. = *essendo di somma importanza per la gloria di Dio Nostro Signore, e di suo maggior gusto, cioè esservi un luogo, in cui vengano allevate anime perfettissime, le quali sempre stiano in-*

innanzi S. D. M. in orazione per il Popolo, e per tutta la Chiesa.

370 Et consonant Testis VI. Proc. Ordinar. Sum. *pag.* 73. *in fin. & seq.* = *nelli Capitoli, che faceva, sempre incaricava, che le sue Religiose pregassero con gran diligenza Nostro Signore per il bene dei Prossimi, e delle Republiche Cristiane, per Esaltazione della Fede, e conservazione della Chiesa Cattolica, dicendo, che il particolare istituto di questa Religione, e Convento era fare orazione per il sudetto fine, e per la difesa della Fede contro gl'Infedeli, sapendo per conseguenza la Dichiarante, che ordinariamente di giorno, e di notte si fa in questo Convento orazione continua innanzi il Santissimo Sagramento*, & Germana S. D. *pag.* 35. §. 86. = *ordinò &c., che di giorno, e di notte tutte le Monache col dovuto ordine facessero la veglia, facendo particolar orazione per il felice stato della Chiesa, e per l'aumento della Fede Cattolica*, & late in Exposit. Virtut. *pag.* 18., *& seq.*

371 Nec quidquam ex memoratis Revelationibus detrahitur, ut præstantissimis Suffragatoribus visum fuit, nihil profecto, dicimus, detrahitur Archiepiscopo Hispalensi, reliquisque Christiani orbis Episcopis, atque sanctis viris, qui inter Dei Ancillæ ætatem floruerunt, aliisque Religiosorum Ordinum Fundationibus, quorum longam Animadversiones contexunt enumerationem; Quamquam enim Deus Ancillæ suæ dixit = *a tuo conto sta la conversione del Mondo*, his tamen verbis, quum nulla adsit dictio *taxativa* unam eam includens, ceterorum utique Fidelium, Antistitum, sanctorumque Virorum, ad eamdem conversionem promovendam, impetrandamque, orationes, ac studia non excluduntur; Recte namque suum cujusque onus ac officium, sua cujusque res, ac suum cujusque dicitur negotium, quod non uni sibi peculiare, sed aliis etiam est commune, ut in *L. Illud dubitationis ff. de rit. nuptiar.* = *Libertam ejus esse negari non potest, licet alterius quoque sit liberta, L. Servi 5. §. Cum fundus ff. de Legat. 1., & in Leg. Si quis servos de leg. 3.*, Cujac. *Oper. Tom.* 7. *col.* 970. *lit. E.* ibi = *qui dixit Meum, DE SUA TANTUM PARTE intelligitur. Meum est, quod PRO PARTE meum est: Meum est, quod ETIAM ALTERIUS est*, & prius col. 943. lit. C. = *verum est quod COMMUNE est, meum esse*, Rot. *cor. Pennia dec.* 931. *num.* 11. ibi = *De Litteris scriptis, ubi Ioannes vocatur Dominus proprietarius, respondebatur, inde NON CONCLUDI AD EXCLUSIONEM COMMUNIONIS, quia, data communione, Consocius est, & vocari potest Dominus, NON TAMEN EXCLUSIVE ad Adulphum consocium, cum RES MIHI CUM ALIO COMMUNIS, mea dicatur*, & in rec. *part.* 18. *dec.* 44. *num.* 3., & *dec.* 82 *num.* 30. = *QUAMVIS ILLIS ESSET COMMUNE, adhuc dicebatur de illorum Bonis, ex regula, quod res mihi cum alio communis mea dicitur.*

372 Sic cum Innocentius III. *vidit in somnis Ecclesiam Lateranensem gravem minitari ruinam. Tremefactus & moerens videt e diverso virum Dei DOMINICUM accurrentem, & SUIS HUMERIS TOTAM ILLAM RUINOSAM FABRICAM SUSTENTANTEM*, juxta totidem Theodorici verba in *Vita S. Dominici lib.* 1. *cap. ult. apud Surium tom.* 4. *die* 4. *Augusti*, unius dicemus S. Dominici humeris totam ruinosam Ecclesiæ fabricam sustentatam? Nihil ne pastoralem ipsius Summi Pontificis sollicitudinem: nihil ne Antistites, quorum, per ea tempora, plures sanctitate conspicui floruerunt, præsertim *Engelbertus* Archiepiscopus Coloniensis, *Guillelmus* Archiepiscopus Bituricensis, *Edmundus* Archiepiscopus Cantuariensis, *Guillelmus* Archiepiscopus Eboracensis,

Stanislaus Cracoviensis Episcopus, *Ricardus* Episcopus Cicestrensis, *Virgilius* Episcopus Salisburgensis, *Guillelmus* Episcopus Briocensis, *Julianus* Episcopus Conchensis, *Bonifacius* Episcopus Ferentilli, quorum Antistitum egregiarum virtutum commemoratio fit a Raynaldo *Annal. Eccles. Tom.* 1.: nihil ne cunctos per totum orbem dispersos animarum Pastores: nihil ne ceteros Religiosos Ordines *Basilianos*, *Benedictinos*, *Augustinianos*, *Camaldulenses*, *Chartusianos*, *Cistercienses*, *Præmonstratenses*, *Carmelitas*, *Mercenarios*, aliosque: nihili ne tot Virginum Deo consecratarum Monasteria: nihil ne totius Orbis Clerum: nihil ne alios Fideles: nihil ne Sacrosancta per eam ætatem coacta Concilia, *non Lateranense IV. Concilium generale*, non plura Provincialia, *Parisiensia*, *Londoniense*, *Monspeliensia*, *Bituricensia*, *Aquilejense*, *Senonense*, *Salisburgense*, *Oxoniense*, *Germanicum*, *Cremonense*, *Leodiense*, *Narbonense*, *Tolosanum*, *Romanum*, *Tarraconense*, aliaque bene multa, quæ apud Labbeum *Concil. Gener. Tom. XIII.*; nihil ne, dicimus, sanctissimis legibus, orationibus, prædicationibus, studio, opera, exemplo, ad ruinam minantem Ecclesiam sustentandam promovebant?

373 Similia ne dicemus de S. Francisco Assisiensi, cui, ut S. Bonaventura *in ejus Vita* narrat, Deus dixit: *Francisce, vade, & REPARA DOMUM MEAM, quæ, ut cernis, tota destruitur*; quæ verba, ut idem S. Bonaventura addit, *non materialem Ecclesiam reparandam*, sed quidem & eam, *quam Christus suo sanguine acquisivit*, spectasse, *eum Spiritus Sanctus edocuit, & ipse postmodum Fratribus revelavit*; dicemus ne, uni Francisco totius Ecclesiæ reparationem Divinitus fuisse commissam?

374 Enim vero Deus, cum Terræ, & cœli, ac totius orbis Dominus sit, tamquam gloriosum sibi nomen assumpsit appellari *Deus Abraham*, *Isaac*, & *Jacob*, hujusmodique appellationem illustriorem habuit, quam si totius Orbis, aliorumque innumerabilium Deus appellaretur, ut apud Chrysostomum *Homil.* 24. *in Epist. ad Hebreos* = *Deus orbis terræ non erubescit vocari trium Deus. Et merito. Non enim orbis terræ, sed innumerabilium ejusmodi instar sunt sunt Sancti*, & Homil. 52. in Genes. §. 3. = *Dominus, ac conditor Orbis unius Abrahæ Deum se dixit, non concludens in uno Patriarcha dominium suum, sed magnam in illum suam benevolentiam monstrans, ita, inquit, eum mihi feci proprium, UT APUD ME REPUTETUR TANTI, QUANTI ALII OMNES*; quo quidem apertissime patefecit, se pluris facere plusque apud eum valere spectantissimæ sanctitatis hominum orationes, quam eas ceterorum, imo totius Orbis, ut recte advertit Nicolaus a Jesu Maria *in Elucidatione Mysticæ Theolog. S. Jo. a Cruce part.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. = *pluris est apud Deum unus ex his perfectis, quam ceteri omnes, & universus Orbis, imo innumeri Orbes*, & num. seqq., & Cornel. a Lapide *in Eccli.* 16. 3.

375 Sed jam ad reliqua pergamus, ad illam nempe Revelationem, qua Dei Famula retulit sibi dictum a Domino = *che mi ha destinato a grandi cose*, Proces. fol. 42. At ea in primis nobis occurrit responsio, quod Dei Famula etsi id suo scripsit Confessario, quem de omnibus, quæ sibi contingebant, facere solebat certiorem, non tamen pro vilissima, quam de se habebat opinione, fidem suam huic præstitit Revelationi, sed suspensa, & incerta remansit, ut in Proc. cit. fol. 42. = *che mi ha destinato a grandi cose &c.; sebbene sono come insensibile a tutte queste cose, e perciò a tutte io non rispondo &c., e se fossero certe, mi sarebbero di sommo obligo, e gran cura.*

Dein-

376 Deinde vero, quum rerum magnitudo pro sexu, qualitate, statu, conditioneque personæ, aliisque circumstantiis sit judicanda, ut apposite docent Matta *de Canoniz. SS. part. 4. cap. 6. num. 71.*, Matthæucc. *in Pract. ad Caus. Beatif. Tit. 2. cap. 1. §. 2. num. 39.*, & Bened. XIV. *lib. 3. cap. 21. num. 11.*, ad magnas utique res gerendas destinatam a Deo fuisse Ven. Dorotheam existimabimus, quæ Virgo, solitariam vitam ducens, non auctoritate gravis, nulla auri, argentique copia dives, nulla generis commendatione freta, nullis patronis, nulloque humano instructa auxilio, arduam omnino, & cuicunque provido licet, solertique viro difficillimam, aggressa fuit Conventus Excalceatarum Ordinis S. Dominici Fundationem; (quam aliàs quidam gravissimi ipsius Ordinis Religiosi adumbrandam, instituendamque susceperant, atque, gravibus interjectis difficultatibus, ab incœpto, conatuque depulsi fuerant Procel. *fol. 97. in fin. & ter.*) hancque Fundationem inter gravissimas contumelias, inter plures adversitates, multosque obices, vehementesque contrarios potentium personarum nisus, omni eam studio impedire contendentium; quæ omnia non modicum tempus, sed multos annos perdurarunt, summa animi constantia, & firmitate, robustissimaque fortitudine, cunctis obsistentibus adversitatibus superatis, obicibusque propulsatis, ad felicem exitum perduxit, ut late *in Expositione Virtutum pag. 27. post med. & seqq.*

377 Cetera mittimus gloriosa Dei Ancillæ facinora, quæ ex memorata Virtutum expositione præstantissimi PP. facile deprehendent. Urgent, sed incassum Animadversiones *pag. 19. §. 50.*, ad hoc perficiendum Fundationis negotium adhibitas fuisse = *mille arti, acciochè non venisse a capire*, (Episcopus) *che si formava il Convento, perche se ciò giungeva a sua notizia, tutto riusciva vano*, ex Proc. fol. 106.; Etenim, præterquamquod nullibi legitur, has artes adhibitas fuisse ab Ancilla Dei, &, quemadmodum quamplures personæ a Deo motæ institutam jam ab ea Fundationem ad felicem exitum perducendam curabant = *alcune persone si offersero di volere inalzare questa opera* Proc. fol. 103., & fol. 105. ter. in fin. & seqq = *quantunque molti di ciò lo supplicassero* (Episcopum) = *fra tanti Signori, che di ciò lo pregorono*; (eundem Episcopum) ita nulla recta cogitandi ratio patitur, ut memorata verba impersonalia ad certam ipsius Dei Ancillæ personam referantur, ex vulgatis juribus apud Rot. *recent. par. 9. dec. 120. n. 12.*

378 Tum etiam aliud est artibus uti, quibus aliquid significari prætermittitur, quod resciri non expedit: longe vero aliud, falsa obtendere, ne veritas detegatur, ut apud S. Thom. 2. 2. *quæst. 40. art. 3. in corp.*, & *quæst. 111. art. 1. ad 4.*, & bene S. Augustinus *contra mendacium ad Consentium §. 23.* = *Non autem hoc est, occultare veritatem, quod est proferre mendacium &c.; non omnis, qui vult, quod verum est, celare, mentitur. Plerumque enim vera non mentiendo occulimus, sed tacendo &c. Vera tacuit, non falsa locutus est &c.. Non est mendacium, cum silendo absconditur verum, sed cum loquendo promitur falsum.*

379 Quumque in eo casu non modo Archiepiscopi animus a novorum Asceteriorum fundatione maxime esset alienus, sed insuper plures elaborarent, obsisterentque, ne fieret, atque ab Episcopo, antequam plana expeditaque essent omnia, quæ oportebant, Fundationis negotio intellecto, in irritum cuncta recidissent, in hoc sane animorum, atque adversitatum conflictu, ne opus ad majorem Dei gloriam, animarumque salutem incœptum intercideret, recte quidem in usum vocatæ fuerunt artes, quibus

Ar-

Archiepiscopus in meditatæ rei cognitionem non perveniret. Ejusmodi namque artes, ut in præliis *stratagemata*, quoties mendacium abest, ab omni culpa sunt immunes, liciteque in usum vocantur; ut apud S. Thomam 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 3., ibique Cajetanus, ubi docet = *fraudes non esse, inordinatas non esse, contra justitiam non esse*, & ibidem Porrecta, Cornel. a Lapide *in Josue cap.* 8. *vers.* 6., & in dicto Cap. Estius *vers.* 2. ibi = *Si quæras, an fallere liceat hostem, & fraude eum circumvenire; responderem. Duobus modis aliquem falli contingit, vel quia falsum ei dicitur &c., & hoc modo non licet &c. Deinde fallitur hostis, dum verum occultatur, & consilia absconduntur, per quod fit, ut Adversarius decipiatur. Atque hic modus deceptionis, vel insidiarum, licitus est; Non enim tenetur quisque secreta sua alteri revelare, multo minus hosti* Theoph. Raynaud *Opusc. Moral. Oper. Tom.* 14. *pag.* 206. *num.* 7. & 8., & *pag.* 210. *num.* 18., & Menochius *lib.* 3. *Hieropolit. cap.* 13. *n.* 2.

380 Illud restat = *circa li successi da seguire dopo la morte, cioè, che si spoglierà il Purgatorio, ed in sua Compagnia saliranno al Cielo, e si darà la gloria a quest'anima, per mezzo di cui farà Iddio tante meraviglie, come la diede agli Apostoli Proc. fol.* 38.. Sed, si his verbis ea addantur proxime antecedentia, unaquaque complexione devincta = *Ciò allude* A QUEL CHE SI DISSE DEL MAESTRO CASTROVERDE *circa li successi da seguire dopo la morte &c.*, facile intelligitur, hanc non fuisse Revelationem, quam Dei Ancilla sibi Divinitus factam affirmaret, sed quamdam ipsius Magistri Castroverdii opinionem, qui cum ab ejusdem Dei Ancillæ confessionibus ab anno ejus XVIII. ad multos annos fuisset, secum ipse sublimem ipsius vitæ sanctitatem, heroicosque mores, quibus maxime explendescebat, præclaraqut munera, quibus eam Deus decorabat, considerans, & contemplans, atque ex his de futuro tempore conjecturam faciens, aliquid tale putavit fore, quod proxime meminimus. At quid hujus opinio cum Divina revelatione?

§. VII.

381 Per totum bene longum §. 51. Animadversiones sparsa ad pugnam præludentes arena, generica quædam, earum opinioni tantum, rei vero ipsi, veritatique non item, inhærentia præloquuntur *de falsarum Revelationum frequentia magnum heroicis virtutibus detrimentum afferente*: deque nostra Dei Famula *uberioribus, & magnificentioribus laudibus se ipsam extollente in enarrandis Revelationibus suis*. At, præter voces, nullo auctore, nullo teste, nullaque ratione emissas, ne unum proferunt assertarum rerum testimonium non dicimus, sed leve argumentum. Undenam sodes isthæc falsarum Revelationum frequentia, imo una in medium profertur ejusmodi? Ubinam isthæc legitur Dei Ancillæ uberioribus, & magnificentioribus laudibus sui ipsius elatio?

382 His igitur uberioribus, & magnificentioribus Animadversionum verbis neglectis, ab hac Causa procul prorsusque amandandis, ea expendenda nobis sunt peculiaria, quæ *in proximo* §. 52. acervatim una complexione devinciunt. Atque illud in primis, quod *ab ore Servæ Dei* referre dicunt ejus Consodales Proc. *fol.* 116.; & *fol.* 2622., in cujus Processus *loco primum citato* hæc legitur M. Mariæ a S. Maria germanæ Servæ Dei narratio = *aver inteso dire, che i Confessori della nostra Madre Dorotea gli comandavano, che si comunicasse ogni giorno, eccettuato i Sabati, perche Nostro Signore la voleva comunicare colle sue mani*, atque *in altero*,

fol. nempe 2622. testimonium de publica voce, & fama TestisXIX. Proc. Apostolici his verbis=*quando alcuni giorni questa* (communio) *da suoi Confessori non gli si accordava, la stessa Ven. Madre e la M. Suor Maria di lei Sorella replicate volte asseverarono*, (non jam *osservarono*, ut in Animadversionibus legitur) *che la communicava il Signore di sua mano*.

383 Jam vero nullus ex Testibus ab Animadversionibus relatis narrat, id *a Servæ Dei ore percepisse*, ut eædem affirmare non dubitarunt. Unus quidem id prodidit, cujus ipsæ non meminerunt, unus, dicimus, ipsius Dei Ancillæ Confessarius D. Joannes de Salinas, cui id Dei Ancilla non ultro, sponteque, sed necessitate compulsa brevibus, demissisque verbis aperuit; e cujus Confessarii ore ad Moniales, aliosque, hujus rei fama manavit, Summar. *pag.* 35. §. 82., *& seqq.* = *Fu grande, e particolare la divozione, che ebbe verso il Santissimo Sagramento in si eccellente grado, che meritò da Dio un favore, che essa stessa raccontò al Deponente colla sua medesima bocca. NON GIA' PER DESIDERIO DI RACCONTARE LI FAVORI, CHE DIO LI FACEVA, PERCHE, come ha detto di sopra. SEMPRE LI RICUOPRIVA, bensì perche facevano a proposito di un caso seguito &c. raccontò adunque &c. al Deponente, che tutte le volte, che non vi era communione nel Convento, Iddio gli faceva una singolare grazia di communicarla; e siccome il Testimonio sapeva il riguardo, che essa usava in queste materie, non la interrogò di vantaggio circa una tal grazia, credè bensì senza dubio, come ora crede, esser tutto ciò vero.*

384 Petimus modo ab eruditissimis Animadversionibus, quæ nudi Facti expositione contentæ non aliud loquuntur, quid hac in re deprehendunt, cur aut falsa, aut non verisimilis, aut a Divino munere abhorrens videatur? Christus Dominus sacram communionem dedit S. Dionysio Areopagitæ, teste Hilduino *in ejusdem Sancti vita*, & Cornel. a Lapide *in Numer. cap.* 4. *vers.* 49. Ipsemet Salvator noster Jesus Christus Eucharistiam porrexit B. Dorotheæ, ut in ejus vitæ Actis apud Raynaldum *Annal. Eccles. ann.* 1399. §. *XXIV.* Præbuit similiter idem Dominus S. Catharinæ Senensi, teste B. Raymundo a Capua in ejus Vita *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 13, Onuphrio Anachoretæ per annos sexaginta in vasta eremo diversanti, singulis diebus Dominicis Angelum ministrasse Eucharistiam, refert Raynaud. *Oper. Tom.* 9. *pag.* 369., Marcum Monachum ab Angelo Divinam Eucharistiam diu accepisse, ex S. Macarii relatione, narrat Sozomenus *lib.* 6. *cap* 29. Ministrata & eadem ab Angelis fuit S. Stanislao Kostke, teste Ribadeneira *in Vit. SS inter Extravag. die* 13. *Novembr.* Alia prætermittimus exempla, quæ refert Scortia *lib.* 4. *de Missa cap.* 29. *num.* 6.

385 Alterum quod obiicitur illud est, quod *de se ipsa memoriæ prodiderit Ven. Virgo*, Proc. fol. 124. = *le apparvero una volta il nostro P. S. Domenico, e S. Francesco, ciascheduno de quali fortunati Santi le offeriva il suo abito.* At longe a veritate isthæc aberrat Animadversionum assertio, id ipsam de se memoriæ prodidisse Ven. Virginem; quum relata verba non sint Dei Famulæ, sed *M. Mariæ a S. Maria*, quæ id, non ex eadem Dei Famula, sed ex simplici, incertoque auditu perceperat, ut ipsamet explicat Proc. fol. 79. in fin. & ter. = *SENTII DIRE, che gli erano comparsi questi due Santi promettendogli ciascuno di loro il proprio abito.* Ecquid in isthac Apparitione, esto etiam eamdem vere contigisse, quod cœlesti Apparitioni non congrueret? Eadem porro significatum Dei Ancil-

cillæ fuisset, ut utriusque Sancti Regulis, quoad simul cohærere poterant, novi Asceterii fundationem constabiliret.

386 Illud tertio loco objicitur, quod *eadem M. Maria a S. Maria* ab Ancilla Dei audivisse narrat, quodque non integrum in Animadversionibus relatum ex Processu suppletur fol 80. = *Gli sentii dire in una occasione per rapporto alle grandi difficoltà, e contradizzioni, che questa opera doveva sostenere, qualmente gli comandavano, che si communicasse per le mani di un Sacerdote, che la stava aspettando con l'ostia nelle mani per comunicarla, ma che questo Sacerdote stava in una Torre di ammirabile altezza, senza che in questa vi fossero le scale, per cui si potesse salire a quelle, se pure non si fosse portata ivi per l'aria, ch'era infestata da infiniti Demonii, li quali procuravano d'impedirgli l'ascendere colà, essa però faceva il possibile per salire; e sebbene dispiacesse ciò ai medesimi Demonii, tuttavolta salì fin dove stava il Sacerdote, il quale subito la comunicò.*

387 At, si quascumque cœlestes Visiones ita reapse fuisse existimabimus, ut in ejus, cui fiunt, imaginatione repræsentantur: nec in illud, quod *spiritualiter*, & *mystice* significant, inquiremus, dicemus esse in cœlis agnum, bestiam septem capita habentem, Draconem mulieri jam jam pariturae insidiantem, Bestiam cornibus instar agni instructam, boves, Leones, aquilas, & alia huiusmodi, quæ *in Apocalypsi*, ac *Prophetarum libris* leguntur: illusionesque putabimus tot tantasque probatas Visiones, quibus sub variis similitudinibus, ac rerum simulacris, abscondita mysteria manifestantur.

388 Porro pleræque ex imaginariis Visionibus sunt *symbolicæ*, in quibus, non quæ sensibus apparent, sed *quæ portendunt*, inspiciendum est; uti docent S. Bonaventura *de septimo Processu Religion. cap.* 17. = *Imaginariarum, vel corporalium Visionum figuræ, cum veræ sunt secundum spiritualem significantiam, non sunt vere secundum rei existentiam*, Coualvus Duranti *in Tract. de Vision. cap. XI. §. Porro = Lectores monitos esse volumus, ne, cum in Visionibus figuræ aliquæ objiciuntur, eas quoad rei existentiam esse veras credant. Veræ quidem sunt, quoad spiritualem rerum significationem, quia rerum veritatem, quæ in illis ostenduntur, demonstrant, non autem veram existentiam habent &c. atque hæc adjicere libuit propter simplices quosdam, ne in hujusmodi Visionibus decipiantur,* & Card. Bona *de Discret. Spirit. cap.* 15. §. *II in fin.*

389 Atque hujusmodi quidem, *symbolica* nempe, Visio illa fuit, de qua est quæstio. Ea namque futuram spectabat Fundationem Conventus = *per rapporto alle grandi difficoltà, e contradizioni, che questa opera doveva sostenere*; atque Hostia illa, quam Sacerdos in manibus habebat, ut Dei Famulam communicaret, = *la stava aspettando con l'ostia nelle mani per comunicarla*, ipsam significabat, quam Deus ab ea expetebat, Conventus Fundationem, qua non modo unius Christi Sponsæ sibi futuræ erant per charitatem maxime conjunctæ, cujusmodi cum Deo conjunctio præcipuus est Sanctissimæ Eucharistiæ effectus; verum etiam ipsius summopere promovendus erat Augustissimi Sacramenti cultus, ut promotus fuit, ex Testibus *in Virtutum Expositionem* transcriptis *pag.* 16. §. 17. *& pag. seq.* Admirabilis illius Turris altitudo, quam nemo scandere poterat, = *senza che &c. vi fossero le scale per cui si potesse salire*, summam significabat Fundationis perficiendæ arduitatem, non humanis, sed Divinis auxiliis, superandam. Dæmonum vero grex ille = *li quali procuravano d'impedirgli*

gli l'ascender colà, gravissimas illas portendebat contradictiones Dæmone suggerente excitandas, quibus eadem Fundatio ita perturbanda, impediendaque erat, ut humanitus plane videretur desperata. Illud denique, quod Serva Dei = *tutta volta salì fin dove stava il Sacerdote, il quale subito la comunicò*, hanc ipsam Fundationem, Deo peculiariter adjuvante, perficiendam tandem, atque absolvendam significabat.

390 Similiterque *symbolica* illa altera fuit Visio *septem magnarum avium auratarum plumarum indumento exornatarum*, de qua in Animadv. *pag.* 21. *sub* §. 52.; Ea namque significatum Dei Ancillæ fuit, ex tot Virginibus, quot tum, ante Asceterii Fundationem, secum vivebant, *septem tantum* in eodem Religiosam esse professionem emissuras; ut revera evenit; quemadmodum manifesto inde liquet, unde fuit objectio deprompta, Proc. fol. 80. = *Intesi dire*, (sic inquit M. Maria a S. Maria) *che in quella piccola Cella, ove sempre faceva orazione gli erano apparsi sette uccelli grandi colle piume dorate, la significazione di questa Visione io non l'intesi, nè la procurai di sapere; diciamo bensì, aver voluto nostro Signore dargli ad intendere il poco numero delle Religiose, che dovevano rimanere in questo Convento, allor quando si facesse la Clausura, e di fatti di tante com'erano, NON NE RIMASERO ALTRO CHE SETTE*.

391 Nescimus demum quid sibi velit animadversio illa *de Dracone*, *che secondo il di lui moto, ed il suono delle squame le sembrava esser di smisurata grandezza*. Factum totum sic refert Germana Servæ Dei *Proc. fol.* 80. *ter.* = *Stando una notte la nostra Madre in orazione in una piccola Cella, che essa teneva nella parte più alta della Casa, sopra il tettarello della Cella, gli parve, che vi stasse un gran Drago, che secondo il di lui moto, ed il suono delle squame, le sembrava esser di smisurata grandezza*. Novumne est, aut hactenus inauditum, Dæmonem Draconis speciem, aliasque belluinas formas assumere, ut dilectarum Deo animarum Orationem interturbet? Late hac de re agunt Delrius *Disquisit. Magic. lib.* 2. *qu.* 29. *Sect.* 3., & Raynaud *in Hagiolog. exotic. pag.* 797., Consalvus Duranti *in Tract. de Vision. cap. XI.* §. *Aliud*, atque passim similia in Vitis SS. leguntur.

392 Illudque ad extremum objicitur, quod Dei Ancilla *monitum*, *sive præceptum sibi a Christo Domino datum* supposuit in hæc verba Proc. fol. 35. = *Quando tu averai li tuoi Confessori, non ti tratterrai con essi più di quello faresti, se non li avessi*; & Proc. fol. 51. = *Preparati, perchè hai da passare molti travagli colli Confessori per la Confessione, non parlare, se non sei forzata, ed allora poco*.

393 At hoc monito non illud utique significare ei voluit Deus, ne ea, quæ oportebant, cum suis Confessariis conferret; pluries namque injunxerat sibi Deus, aperiret ut omnia sui spiritus Moderatoribus, in ipsorumque consiliis conquiesceret; ut in Proc. fol. 43. in fin. = *venendomi ordinato di pormi nelle sue mani &c., come INNUMERABILI VOLTE mi è stato comandato*; quod eadem Dei Famula perpetuo, religioseque exequebatur; *ut proxime ostendemus*.

394 Id vero unum, ne cum illis ultra, quam satis esset, sermonem produceret, perinde ac si afflictionum suarum remedium, mentisque suæ ad majorem perfectionem adipiscendam illustrationem, ab illis sibi speranda, expectandaque esset, qui a suis erant Confessionibus, quique, Deo eorumdem non illuminante corda, consilii expertes, planeque futuri erant ignari; verum projiceret se ante faciem Domini, spemque omnem suam in ipso collocaret, qui sine aliorum ope, consilioque, eam Divino infuso lumi-

ne, poterat erudire, opemque sibi, & auxilium ferre, ut lucnlenter apparet ex iis, quæ mox subjecta leguntur in *cit. fol.* 35. = *non da quelli, bensì da me ti vengono tutti li Beni. Io son quello, che li muovo acciò ti facciano bene &c., e se lo non l'illumino, parleranno come ignoranti. Io sono quello, che senza di essi ti posso addottrinare, e non già essi senza di me, e perciò a me solo ti devi abbassare per venire a me con tutte le tue forze.*

395 Tandem aliquando Animadversiones effuderunt omnia, quæ *ad Visiones, Revelationesque* pertinebant, quæque singillatim superioribus hisce nostris responsionibus theologica trutina expensa nihil eorum penitus, aut quiddam simile, præseferre comperiuntur, quæ sapientissimi PP. videre visi sunt, *monstri*, aut *falsitatis*, aut *illusionis*; sed cuncta profecto iis, quæ Divinitus contingere solent, apprime recte congruentia.

396 Atque hæc, quæ singula nullam commovere apta sunt illusionis suspicionem, hanc quidem simul juncta excitare non possunt; Non enim Visionum judicium ab una harum frequentia pendet, sed a cujusque qualitate, inprimisque ab ejus moribus, cui obtigerunt. Secus namque suspectas habebimus illas B. Ildegardis, SS. Birgittæ, Gertrudis, Catharinæ Senensis, Theresiæ, Magdalenæ de Pazziis, aliorumque Sanctorum, quos frequentissimis Divinis Visionibus, ac Revelationibus scimus fuisse illustratos. *Quod Deus* (apte ad rem usurpare liceat Auditorum Rotæ verba in Relat. Causæ S. Theresiæ Art. 21. §. 5.) *tam FAMILIARITER per medium Visionum, & Revelationum cum fidelissimis amicis loquatur, illisque sua secreta manifestet, non est novum, neque inusitatum &c. Omnes fere Sanctos, maxime Ordinum Fundatores, Divinis Visionibus, & revelationibus illustratos fuisse legimus in libris Historiarum &c., in quibus INNUMERÆ VISIONES, AC REVELATIONES, aliique favores Divini ipsis collati, scripti reperiuntur. Absque dubio itaque Deus cum suis amicis familiariter loquitur.*

397 Quæ quum ita sint, necesse utique non est, ut, quas singulas Visiones ab Animadversionum objectionibus vindicavimus, eas generatim tueamur. Verum, ut istam semel, iterumque propositam, evellant tandem abs sese, nec tertio exsuscitent amplissimi PP. de hisce Visionibus dubitationem, nonnulla ad eorum memoriam signa, seu characteristicas notas, revocabimus, quibus a falsis veræ discernuntur Visiones.

398 Hæc autem signa, post Bonaventuram, Bernardum, Gersonium, Durante, Card. Bona, aliosque, paucis hisce verbis exponit Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 51. *sub num.* 3. = *Divinas Visiones, & Apparitiones esse dignoscendas a persona, cui contingunt, a modo, quo contingunt, & ab effectibus, qui ex eis sequuntur. Si enim persona, cui contigerunt, virtutibus prædita sit: si nihil in visione, aut apparitione sit, quod a Deo avertat &c.: si post visiones, & apparitiones humilitas, obedientia, ceteræque Christianæ virtutes non modo perseveraverint, sed ad sublimiorem gradum ascenderint in ea persona, cui contigerunt visiones, & apparitiones, de earum qualitate supernaturali, & Divina non erit ulio modo dubitandum.*

499 Quæ ipsa signa, atque notas, eademmet nostra Ven. Dorothea suis Scriptis in hæc verba consignavit, Proc. fol. 52. = *Come si devono conoscere le Persone illuse, ed ingannate dal Diavolo. Le Persone illuse dal Demonio sotto il colore di virtù, e Santità, sono piene di superbia, di ambizione, o vanagloria, sono sozze, ed abominevoli agl'occhj Divini, piene di tutti li vizj con la sola apparenza di virtù, sono cieche, e credono avere una mag-*

maggior Luce di tutti, non si arrendono alle persuasive, sono dissubidienti, sicure, e senza timore, ne dubbio del loro male, ed inganno, contente, e sodisfatte di se medesime, e sebbene al principio dell'illusione dica il Diavolo alcune verità, successivamente poi doppo averle esso ingannate, dice loro diversi spropositi, e bugie, procurando il fine del suo inganno con toglierli la vita per portarsi seco l'Anima, se Dio sempre gli dasse luogo di ciò effettuare &c. Quelli poi, (sic subjungit cit. fol. ter. & seq.) *a quali Dio fà particolari Grazie vinceranno: questi sono giusti, e timorati di Dio, sprezzatori di se stessi, e pieni di zelo per l'onore, e Gloria di Dio, diffidenti di loro medesimi, ed il fine di tutte le loro opere, e desiderij, e fiducia si è Iddio: Fanno perpetua Guerra alli vizj, ed alli viziosi, sono inimici di loro medesimi, faticano con tutte le di loro forze per sogettare la loro sensualità alla ragione: in tutte le cose disprezzano il Mondo, amano, ed abbracciano li travagli, li disonori, e la penuria delle cose temporali per amor di Dio, abominano gli onori, e dignità, e le fuggono &c. sono più abjetti innanzi li suoi occhj, più vili, più umili, e più benigni colle Persone, sono ubbidienti, e facili di persuadere al bene, sono pieni di tutte le virtù, allor quando pensano essi di esserne privi, graditi à Dio, pieni di luce della verità, e di disinganno; abitando in essi lo Spirito Santo.*

400 Et primum quidem agitur de Ancilla Dei integerrimis, castissimisque moribus, singularique ab ineunte ætate vitæ prædita sanctitate, ut ex toto *Summario*, totaque, qua late patet, suarum *Expositione* virtutum.

401 II. Divinos hosce favores desideravit nunquam, imo semet illis prorsus indignam rata penitus renuebat; ut ex ejus Scriptis *Proc. fol.* 42. *ter.* ubi cum Deus ad eam loqueretur, sic eum rogavit = *mi facesse però la grazia di non parlarmi, perche Io ero peccatrice, e indegna di posedere quel, che gli Animali godevano, molto più poi ero indegna, che Dio mi parlasse.* Rursusque loc. cit. = *supplicai un altra volta &c., che se egli era il mio Creatore, non mi parlasse, perche Io non ero degna*, & fol. 55. ter. = *si moltiplicano le Grazie, che Dio mi fa tutto giorno, essendo io tanto indegna di esse, quanto sono degni li Demonj di quel che patiscono.*

402 III. Quæcumque sibi Divinitus contingebant, Confessario manifestabat suo, in cujus consilio plenissime acquiescebat, ut ex *Proc. fol.* 31. ubi = *in questo libro vi sono trentadue Scritti* (Servæ Dei) *con li quali scritti la sudetta, prima che fosse Religiosa, dava conto alli suoi Confessori di quanto gli accadeva nell' Orazione*; qua de re concordant ipsius Confessarii, tum scilicet D. Franciscus de Castillo Proc. fol. 1153. = *Disse aver esso Dichiarante vedute molte carte sciolte scritte dalla succennata M. Dorotea ai suoi Confessori di diversi successi, che gli seguivano nell'orazione, li quali rilevò essere suo carattere, perche ne vidde altre, che la detta Madre scrisse al Deponente*, tum etiam D. Joannes de Salinas *Proc. fol.* 982., ubi, quod = *le grazie, e favori, che riceveva da Dio Nostro Signore &c. le sa* (ipse Testis) *per averle viste descritte in varj biglietti, che essa scriveva ad altri suoi Confessori in diversi tempi.*

403 Patetque hoc ipsum ex iisdem Scriptis, quibus Confessarii consilium etiam etiamque deposcit, *Proc. fol.* 34. = *Ella riguardi ciò con attenzione, e comandi a questa poverina Suddita quel, che deve fare con la Divina grazia, perche essa ubbidirà prontamente, e con questo viene a scaricare la sua Coscienza sù di quella di V. S. mio Prelato, e Signore*, fol. 42. ter. in fin. & seq. = *Io hò detto tutto quello, che avevo da dire per quello spetta alli favori, senza che mi rimanga alcuna cosa. Supplico per l'amor di*

 Dio

Dio Vostra Paternità, che giacche sa per quanto mi è stato possibile tutto quello che ho dichiarato, e detto intorno a quel che mi accade, ella attentamente vi rifletta, ed in risposta mi ordini ciò, che devo fare &c., venendomi ordinato di pormi nelle sue mani &c., con puro cuore, e retta intenzione, ed in questa guisa potrò esser libera da illusioni, e ricevere quel che mi conviene per il Divino servigio, & fol. 57. = *secondo il parere mi sia avvisato ciò, che io devo fare, quando V. Paternità si compiacerà farlo &c., che io &c. ricorra a Dio qualora ho qualche dubbio, e che nelle altre cose proceda con timore, e circospezione coll' ubbidire a V. Paternità.*

404 Adeoque a Confessarii consilio pendebat, ut cœlestes Apparitiones, auditaque inter ipsas verba, abs sese Confessarii consilia implens propulsaret, *Proc. fol.* 49. *ter. & seq.* = *nell'apparirmi nostro Signore mi disse &c. e volendomi egli insegnare come dovevo praticare, ciò gli dissi = Signore già sai, che il mio Confessore mi ha ordinato, che non ti parli, nè ti veda, nè ti ascolti, nè ti ubbidisca, e così voglio fare; egli mi rispose &c. Io per altro facendo il contrario a quanto mi veniva consigliato per ubbidire al Maestro Castroverde &c.*

405 IV. Ceteris vero cœlestia, quibus decorabatur, Dona summo studio occultabat; quumque aliquid ad Proximi utilitatem referre necesse haberet, altum silentium jubebat, ex Testibus plena manu congestis *in cit. Exposit. Virtutum pag.* 129. *in fin. ad tot. pag.* 132.

406 Tantumque sollicita id curabat, ut ipsis etiam Confessariis suis injungeret de his rebus silentium; ut refert D. Franciscus de Castillo ipsius S. D. Confessarius Proc. fol. 1144. ter. = *sempre che communicava al Deponente queste cose, ed altre simili, gl'incaricava, e diceva, che gliele diceva in confessione*; atque mirifice confirmatur ex quadam Epistola ad suum Confessarium scripta, Proc. fol. 51. ter. = *Sappia V. Paternità, che nè per lettere, nè con segni, ne metafore, ne in parole deve trattare Vostra Paternita con niuna Creatura delle mie cose passate, presenti, ne future, se pure non venga ella forzata con giuramento, ò pena di ubbidienza dal Superiore, e stia Vostra Paternità certa senza verun dubbio, che nel giorno, in cui Io sappia da qualsivoglia Persona, che ella ha mancato di effettuare quanto si è detto, non mi confesserò più con Lei, non parlerò, ne vedrò Vostra Paternità, mentre son certa, che Dio mi darà in tal caso il Confessore secondo la mia necessità.*

407 Scripta quædam sua de ejus gestis, ac donis, quibus a Deo illustrata fuerat, Confessarii jussu exarata, vix, mutato Confessario, hujus petita facultate, ne qua eorum memoria extaret, flammis tradidit.

408 M. Maria a S. Maria Monialis, ac germana Servæ Dei Proc. fol. 79. = *quando cominciò a confessarsi con Calaorrano, brugiò tutti i scritti, che aveva, eccettuati alcuni pochi, che teneva la mia Sorella Suora Giuseppa, senza che essa li vedesse*; & fol. 81. = *quando &c. si pose sotto la direzione del Maestro Calaorrano, e di altri due Padri molto dotti, coi quali conferiva tutti i scritti, che aveva delle rivelazioni, approvati da tanti dotti, tutti li brugiò, essendo pieni di gran dottrina, e profitto per quelli, che li leggessero.*

409 Testis VI. Proc. Ord. M. Maria a Passione Monialis in dicto Monasterio, æt. an. 39. pag. 115. §. 56. = *sentì dire la Dichiarante dalla M. Suor Maria, che avendo la Serva di Dio scritti per ordine di un Confessore, che aveva avuti gli effetti miracolosi, ed ammirabili della sua vita, (che potrebbero al presente servire di specchio, e consolazione a molte anime spirituali) ed*

ed avendolo di già effettuato, in occasione della mutazione del Confessore, avendo essa communicato ciò al sudetto, gli disse, che se gli dava licenza voleva abbrugiare detto Trattato, e che il Confessore glie l'avea data, e perciò essa Serva di Dio praticò quel che desiderava, affine non si sapesse in niun tempo quel che aveva ricevuto da Dio, che fu un fatto al parere della Dichiarante eroico, ed ammirabile, e così in molte altre cose, che dirà nel decorso di questa sua deposizione mostrò la detta Serva di Dio in questo l'inestimabile dono, e tesoro dell'umiltà.

410 V. Cœlestia hæc Dona ingentes ejus animæ fructus consequebantur; ut ex S. D. Scriptis Proc. fol. 46. infin. & ter. = *Tutte le volte, che mi viene detta qualche cosa &c.; gli effetti poi, che queste cagionano all'anima non sono solamente il trovarmi migliorata nella cognizione della mia bassezza, ma ben anche esperimento la diminuzione di tutti li vizj, e l'aumento di tutte le virtù &c., e perciò capisco, che le sudette cose devono procedere da Dio*, & fol. 55. ter. = *moltiplicandosi ogni giorno più li miei desiderj, come si moltiplicano le Grazie, che Dio mi fa tutto giorno.*

411 Hinc vilissima abjectio sui: Hinc rerum humanarum omnium despectio: Hinc cœlestium desiderium: Hinc flagrans Dei, Proximique amor: Hinc perfectissima Christi imitatio: Hinc fervens pro eo patiendi studium: Hinc salutis animarum zelus: Hinc dira corporis afflictatio: Hinc ad majorem adipiscendam perfectionem contentio: Hinc præstantiorum in dies exercitium virtutum: Hinc cetera, quæ admirabundi prædicant Tests *in sæpe dicta Virtutum Expositione citati.*

412 Atque hos inter mirabiles effectus ea peculiariter referenda est imperturbabilis animæ pax, & tranquillitas, qua, inter ipsas etiam adversitates, perpetuo fruebatur, de qua in dicta *Exposit. pag. 72. in fin., & seq.*

413 VI. Quicumque cum illa versabantur, ad pietatem, amoremque Dei se sentiebant vehementer inflammatos; ut de facto proprio narrat P. Petrus a Jesu, qui multos annos ab ejus consiliis fuit *Proc. fol. 1041. ter. in fin., & seq. = tutte le sue parole erano di Dio, con queste infiammava li cuori, sembrando succedere a quelli, che trattavano colla medesima, come seguì al Testimonio, quel che accadde alli Discepoli di Cristo = Nonne cor nostrum ardens erat in nobis &c. = e quando il Deponente soleva parlare colla sudetta, gli sembrava di stare in orazione, mentre colle sue parole infondeva la divozione, e cagionava una compunzione interna, ed una riverenza.*

414 Testis LXIV. Proc. fol. 1124. ter. = *Quelle volte, che il Testimonio gli parlava, lo lasciava edificato &c., deduceva molto evidentemente lo spirito di Dio, che l'assisteva.*

415 Hactenus expositis notis, atque signis, veluti Lydio lapide, exploratas, atque approbatas fuisse Visiones, & Revelationes S. Theresiæ, testatur Card. Bona *de Discret. Spirit. cap. 20. §. III. n. 5.*, & Bened. XIV. *lib. 3. cap. 52. n. 4.*

416 VII. Atque ad hæc addimus exitum vitæ Servæ Dei illustrem, ac sanctimonia plenum, ut *in dicta Exposit. pag. 150. & seqq.*; Nam, ut recte monet Alphonsus Episcopus Giennensis *in Prologo ad Revelat S. Brigittæ cap. 6. post med. = Sciendum est, quod quando aliquæ personæ a visionibus, seu potius illusionibus, sub specie lucis longevè deceptæ fuerunt &c., communiter semper invenimus in Scriptura Sanctorum Patrum, quod isti sic delusi, in aliquo errore, vel morte mala &c. extincti sunt. Sed per contrarium in Sanctis suis, qui Divinis Visionibus, seu Revelationibus in*

vita eorum consolabantur, & illuminabantur, Deus in eorum morte operari solitus est.

417 VIII. Magni denique, cetera ut prætermittamus, facienda sunt Dona illa, quæ nullam habere possunt Illusionis suspicionem. quibus Deus Ancillam suam dotavit, & *Scrutationis cordium*, & *Prophetiæ*, de quibus in *Exposit. Virt. pag.*77. *ad fin.* & *seqq.*, & *pag.*108. §.80. & *Summar. pag.*122., atque longam, si res flagitaret, contexere possemus orationem. Ex his autem certis, verisque Divinis Donis ad Divinarum quoque Visionum, Revelationumque certitudinem, ac veritatem rectissime infertur; Jungunt namque sibi, ut ita dicamus, manus, vicissimque lumen affundunt, refunduntque, ut bene in simili S. Chrysostomus *in Psalm.*134. §.5. = *Deus per totam viam pignora variis modis præbuit suæ potentiæ &c. Utrumque per utrumque ostendit; per ea, quæ facta sunt in Ægypto, ea quæ in solitudine facta sunt: & per ea, quæ facta sunt in solitudine, ea quæ in Ægypto sunt edita.*

418 In tam perspicuis, planeque manifestis rebus, omittere lubentes poterant Animadversiones, quod Dei Ancilla in quadam ad suum Confessarium epistola sic scripserit Proc. fol.43. = *Signore io mi trovo MOLTO AFFLITTA, E PENSIEROSA SU' DI CIO', ed ogni giorno mi pare di stare più PENSIEROSA, E TIMIDA*; ex quo illud studiose concludunt, Appariciones, Visionesque, fuisse *illusiones*, ut in pag. 21. §. 53.

419 Sed, præterquamquod hic timor a divinis Visionibus non abhorret, imo cum eis bene compatitur, ut apud Consalvum Durantium *in Tract. de Vision cap. XI.* §. *Alia plura* ibi = *DUBITAVIT aliquando B. Brigitta, ET VEHEMENTER TIMUIT, ne tot, quæ illi in dies ostendebantur rerum imagines, sub quibus Deus ei sua propalabat arcana, Dæmonum essent illusiones, & fraudes*, & Card. Bona *de Discret. Spirit. cap.* 15. §. *V.*, ubi de S. Theresia hæc habet = *HINC TIMOR IN EA, ET CONSTERNATIO oriebatur, ne forte Diabolica fraude illuderetur*, & cap. 20. §. III. num. 5. = *SEMPER TIMEBAT Diabolicas illusiones.*

420 Verum in hoc casu, cognita causa, quamobrem Dei Ancilla id scripsit; omnis penitus dubitatio evanescet. Jusserat ei Confessarius Magister Castroverde, ne, si appareret sibi aliquis dicens, se esse Christum Dominum, ejus monitis obtemperaret; quod ipsa Dei Ancilla Confessarii jussui parens exequebatur, ut *ex Manuscripto paulo superius* ex Proc. fol. 50. transcripto; qua in re Theresiam imitata fuit, de qua hæc tradit Card. Bona *de Discret. Spirit. cap.* 19. *in fin.* = *Confessario exacte, & humiliter obedire, exemplo S. Theresiæ, quæ tametsi evidenter cognosceret Divino spiritu edocta, Apparitiones a Deo esse, nihilominus Confessario &c. morem gerere, & personas sibi apparentes jussu ipsius spernere, & sibilare non verebatur*, & legitur *in ejus Vita cap.*29.

421 Quumque Deus subirasci visus fuisset, ut *ibidem* = *con aria da disgustato mi disse: Io ti avrei lasciato, se non riguardassi la tua intenzione, non temere, perchè io sono dentro di te, acciò tu non sii vinta*; atque aliàs eum sibi apparentem, Confessarii mandatum implens, abs se propulsasset, ipsumque sibi hæc loquentem audivisset = *che non mi opponessi, perche questa era la sua volontà, e che così lo dicessi a V. Paternità*: rursusque = *con qualche specie di dispiacere* sibi dixisset = *Non far più ciò un'altra volta, perche mi disgusterò* Proc. fol.42. ter., nil profecto mirum, si in ejusmodi

præ-

præcepti cum Dei voluntate conflictu, Dei Ancilla ejus Confessario scripserit, quod legitur in proximo fol.43. = *mi trovo molto afflitta, e pensierosa*, ipsiusque consilium exquisierit = *ella attentamente vi rifletta, ed in risposta mi ordini ciò, che devo fare*.

422 Illud restat, quod Dei Ancilla hæc omnia, quæ sibi contingebant, suis Confessariis manifestans *contempsisse* videatur *memoratum Divinum præceptum de paucis agendo cum Confessariis*. Sed, quale fuerit, quidque hoc Divinum spectaret præceptum, jam proxime exposuimus, ut eo nunquam vetita fuerit rerum, quæ oportebant, cum illis communicatio, quam immo ipse Deus pluries eidem injunxerat, *ut in superiori* §. 393., *& sequen.*

§. *Ultimus*.

423 Ea posthabita rerum jam superius animadversarum anacephalaeosi, quæ redundat in Animadv. *pag.* 22. § 55., superest *Sacrorum Stigmatum Donum*, quod *non adeo firmiter stabilitum, inque luce clara positum doctissimis Suffragantibus fuit visum, ut nulla ratione debilitari, atque obscurari possit*. Præterire se profitentur Animadversiones, *nullo modo fidendum esse uni, incertoque Monialium testimonio*, nec non *inverisimilem sacram hanc vulnerum impressionem reddi*, tum ex eo, *quia modo secreta, modo conspicua in manibus, latereque prædicetur*: tum etiam quia *suæ Famulæ a Deo in Ecclesia collata dicatur coram Confessariis, ejusque germanis Sororibus*. At hæc duo dicunt *esse animadvertenda*, & quod *admoniti a Dei Ancilla ejus fuerunt Confessarii Castroverde, & Lebrixa, ut tam mirabilem eventum præsentes intuerentur*: & quod *putridus saniosusque sanguis e vulneribus Stigmatum, ac præcipue ex lateris vulnere erumpebat*, ut copiose *ex* §.56. *ad tot.* §.58.

424 Quamquam illud ita esse experimur, quod Imperator ait *in Novella* 44. *de Tabell.* = *Nihil inter homines sic est indubitatum, ut non possit, (licet aliquid sit valde justissimum) tamen suscipere quamdam sollicitam dubitationem*; est quædam tamen, ornatissimi PP., est quædam profecto ita perspicua veritas, quam recta ratione usi in dubium revocare non debemus. Atque ejusmodi sane hoc præclarissimum est SACRORUM STIGMATUM CHARISMA, quo Ven. Dorothea fuit insignita.

425 Enim vero, *si* persona, *si* causa, *si* tempus, *si* modus, *si* adjuncta rerum, *si* effectus, *si* perpetuitas, *si* cetera expendantur, de eorumdem Stigmatum veritate dubitari non potest.

426 Agebatur porro de Virgine, quæ a prima ætate excellenti prorsus sanctitate floruerat. Hujusce Doni causa ea fuit, ut CHRISTI DOMINI pro nostra redemptione cruciatuum memor perpetuis stimulis ad animarum poscendam salutem urgeretur. Idem Donum collatum ei fuit, dum, nocte media inter quintam, sextamque majoris Hebdomadæ feriam, ante Christum Dominum *sepulchro conditum*, acerbissimos ejus cruciatus, mortemque dolenti animo, ac cogitatione volvebat. Exalbescere cœpit pallore niveo: vox defecit: in manibus, pedibus, ac latere dolores sensit atrocissimos, inque eis elatæ apparuerunt venæ vehementer pulsantes. Manus quemlibet etsi levissimum refugiebant attactum: Pedes solum premere nequibant, sed eis in arcus formam contractis ægerrime motum peragebat. Latus non modo sanguinem fundebat, verum tanto ardore æstuabat, ut ei admota lintea madefacta, mox inde arida, ac semiusta amoverentur. Dolores in iisdem Stigmatis quotannis singulis feriis sextis, totaque

que majore Hebdomàda vehementissime sæviebant. Quum verbum aliquod de Christi Domini passione audiret, dolores excitabantur ita graves, ut animo deficeret. Idemque eveniebat, dum agni, Christi Domini memoriam in se excitantis, balatum auribus perciperet. Patientis vultus speciosior adeo evadebat, ut spectantes solaretur. In ipsius orantis manibus mirificus, instar pyropi, splendor apparuit. Summo studio ejusmodi præclarum Donum cæteris occultare satagebat. Totum suæ vitæ tempus hisce Stigmatum doloribus, ocyus seriusque, eam invadentibus affecta fuit. Jamque e vivis erepta cuidam Moniali apparuit splendentissimos e manibus, pedibus, atque latere lucis radios emittens. Probantur hæc omnia Testibus abunde relatis *in Exposit. Virtutum a pag. 59. ad p. 70. pag. 74. §. 58. per tot. pag. 130. Testis IV. pag. 131. Testis XI.*

427 Fatemur, hujus Doni probationem, quum jam vita functi fuissent duo illi Confessarii, qui spectatores fuerunt, Monialium testimoniis inniti; at perperam vero de eorumdem testimoniorum firmitate dubitatur, quum non a sexu, sed a cognita, deprehensaque veritate, rerum gestarum fides pendeat. Eo vel maxime, quod de Virgine agebatur, atque Virgine, dicimus, quæ insigne hoc Donum summo studio occultare studebat, in cujus cognitionem, nisi familiares ejus Sociæ, venire utique poterant.

428 Nec ad hujus rei veritatem aut infirmandam, aut obscurandam præsidium sibi quærant Animadversiones a quibusdam assertis inverosimilitudinibus; quæ silent ipsæ profecto, dum Factum loquitur, præsertim vero, quia, quas credunt esse, eæ non sunt ejusmodi. Et primum non intelligimus, quid sibi ea velit animadversio, quod Stigmatum impressio *modo secreta, modo conspicua & apparens erat in manibus, præcipue vero in latere ejus aperto*, quum ex Facto constet, ea, *licet non cruenta*, præterquam in latere, atque *singulis Feriis sextis*, atque *majori Hebdomada*, atrociores, intentioresque procrearent dolores, semper tamen conspicua, & apparentia, dolorisque plena fuisse; quemadmodum liquet *ex Testibus proxime indicatis*; quibus addimus Germanam Dei Ancillæ Proc. fol. 123. ter. = *tali dolori gli durarono fino alla morte, non però con quella continuazione, e veemenza, che gli solevano venire per l'innanzi, ma in niun tempo se gli poteva approssimare cosa alcuna alle mani, ed al costato, perche ella veniva meno, e si mutava di colore, ed era necessario, che si gettasse sul letto, perche gli crescevano li dolori*, & Proc. *fol.* 154. *ter.* ubi addit ipsius mortem ex prædictis doloribus evenisse = *stando essa una notte in Coro fu sorpresa da un male, in cui la morte si approssimò; erano alcuni anni, che gli era stato rivelato dover morire di quei dolori, che soffriva: questi furono tanti, e si gravi quei, che patì in questi ultimi giorni; che &c.*

429 In confirmationemque accedunt eorumdem Stigmatum evidentia signa reliqua post mortem, quæ memorat Testis III. Proc. Ordin. *fol.* 260. *ter. & seq.* his verbis = *Aggiunse questa Dichiarante, che dopo morta la sudetta Serva di Dio allor quando ne vestivano il Cadavere giungendo a prendergli le mani per collocarle a guisa di Croce, si accorse essa Dichiarante, che nelle palme di dette mani, ed in mezzo ad esse vi era un rialzo a guisa di un capo di chiodo fatto a schiena, e sebbene sia vero, che giungesse altresi a praticare una tal diligenza ben anche nelli piedi, nulla di manco non ebbe la riflessione di vederli, ma ricordevole di quel, che aveva veduto nelle mani, le tornò a rimirare un'altra volta per vieppiù assicurarsi*

di

di quei rialzi, o segni, che visti aveva, e di nuovo vidde le palmi delle mani, in cui veduti aveva li detti rialzi, e trovò, che stavano nella maniera istessa, in cui vedute le aveva da principio, e giunta alli piedi per vedere quel, che sempre aveva inteso dire, ed osservare, se parimenti aveva nelli piedi lo stesso rialzò, vidde esservi lo stesso, che veduto aveva nelle mani, vale a dire gli stessi rialzi nelle piante de' piedi a guisa di capo di chiodo fatto a schiena. Aveva inoltre la Dichiarante il desiderio di riguardare il costato col discuoprirgli la Tonaca, ma sembrandogli indecenza, ed a motivo del rispetto, che professava alla sudetta Serva di Dio non ardì effettuarlo &c., mirò detta Tonaca interiore in quella parte, che stava sopra il costato della Serva di Dio, e vi vidde un segno della mole di un reale da otto di colore quasi bigio, ed allorquando voleva riunire le due parti della Tonaca per coprirgli il petto, gli convenne alzargliela un poco per la parte del costato, osservando nella carne lo stesso segno di sopra insinuato, e per la stessa ragione del rispetto, e riverenza, che professava alla Serva di Dio, non ardì di rimirare altro, e per questa ragione, e quel di più, ch' egli ha riferito, venne a capire, e certiorarsi di quanto gli avevano detto, e visto nella Serva di Dio circa li dolori, che la Serva di Dio durante il corso della di lei vita aveva sofferti, dal che altresì inferisce, che Dio nostro Signore gli volle dare da patire (per favorire la detta sua Serva) li dolori delle sue piaghe sagratissime, interiormente però nelle mani, piedi, e costato nel corso delli quarant'anni.

430 Levis itemque est altera inverisimilitudo, Deum ejusmodi Stigmatum Donum suæ Famulæ in Ecclesia coram Confessariis, ejusque germanis Sororibus conferre voluisse. Numquid non similiter S. Catharina Senensis Stigmatum Donum in Ecclesia die festo ac mane, post sacram Communionem receptam, Confessario, aliisque adstantibus, Divinitus fuit insignita: teste B. Raymundo a Capua ejusdem Sanctæ Confessario *in ipsius Vita part. 2. cap. 6. num. 10. & seqq.*

431 At *unicum* hoc esse dicunt Animadversiones *exemplum*, licet ipsi in præterita Defensione sexcenta nobis præsto esse *istiusmodi* exempla *gloriati fuimus*, quæque quum proferre nequiverimus, brevitatis gratia *præterire simulavimus*. Verum, alicujus sapientissimi Patris pace dixerimus, antequam orationem nostram redarguere conaretur veluti *jactantem*, & *gloriosam*, nostrorum oportuisset, ut plenius assecutus ante fuisset sensum verborum, quæ genericis hisce verbis concepta fuerunt pag. 45. §. 177. = *Quid enim impedit, quominus velit quandoque Deus beneficentiæ suæ thesauros creaturis suis large, effuseque donatos plurimis innotescere? Sexcenta proferre possemus exempla, quæ brevitatis gratia præterimus: eo uno contenti casui nostro simillimo, quod habetur de S. Catharina Senensi.* Ecquis autem, qui verba captare nolit, clarissime non intelligit, sexcenta illa, quæ proferre poteramus, & vere quidem, si Causa postularet, possemus exempla, non hoc peculiare Stigmatum spectasse Donum, sed generice nonnulla Divina Charismata, quæ Servis suis quandoque Deus coram præsente hominum frequentia, ad eorum patefaciendam sanctitatem, largitus est? Quid, UNUM quidem si addidimus præsto esse nobis exemplum *casui nostro simillimum* S. Catharinæ Senensis? adeone intellectu difficile, cetera illa sexcenta, etsi generali quadam, similique ratione ad casum nostrum conducentia, huic tamen ipsi esse dissimilia?

432 Hoc vero, quod protulimus S. Catharinæ Senensis exemplum, etsi alia de-

desint, tanti profecto est, ut quamcumque inverisimilitudinem, quæ ceteroquin hac in re nulla esse potest, penitus tollat.

433 Sed nescio quis ex præstantissimis Patribus in subtili quodam philosophandi genere apprime versatus, illud contra hoc S. Catharinæ Senensis exemplum urget, quod in eo S. Catharinæ Confessarius, aliique non adc iti atque appellati fuerunt, ut eorumdem Stigmatum essent spectatores: in hoc vero casu Vener. Dorothea suos admonitos fecit Confessarios, ut mirabilem mox secuturum eventum præsentes intuerentur, *ut in Animadv.* §. 57.

534 Etsi autem, fuerint ne prius adciti appellatique Testes, an secus, nil quidem ad id, quod quæritur, refert, quum semper verum sit, eidem S. Catharinæ Stigmatum Donum in Ecclesia publice, multis spectantibus, fuisse collatum. At monitos hac de re suos fecit Confessarios Dei obsequens voluntati, qui sic ei præceperat = *fu ordinato alla detta Suor Dorotea, che avvisasse i suoi Confessori, i quali erano li sudetti Maestri Castroverde, e Lebrixa, che si trovassero presenti, perche voleva, che fossero essi testimonj di quel che faceva con la medesima*, ut ex testimonio *ex Proc. fol.* 75. in Animadversiones §. 57. transcripto, & Summ. *pag.* 30. §.65. *in fin.* = *prima che accadesse ciò aveva la Serva di Dio avuta la rivelazione delle predette cose, e lo avèva detto ai suoi Confessori, che erano due Religiosi graduati dell'Ordine di S. Agostino*; cujusmodi Divini præcepti veritatem ipse, qui successit, patefecit, & confirmavit eventus; ut recte monent Card. Bona *de Discret. Spirit. cap.* 17. *§. V.* & Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 47. *num.* 6.

435 Moniti vero ita fuerunt iidem Confessarii, ne domo discederent, ut, si quid Dei Famulæ in eorum Ecclesia oranti supernaturale evenisset, advocati statim accurrerent; prout, non ab ipsa Dei Famula in Dei contemplationem absorpta, jamque Divina patiente, sed ab ejus Sororibus adciti accurrerunt; ut *in dicta Expositione Virtutum pag.* 59. *ante, & post med.* = *siccome noi la viddimo in questa guisa ridotta, mandammo a chiamare i Padri, i quali vennero subito*, & Summar. pag. 30. in fin. = *si cominciò a mutar il colore, e vedendola ridotta in questo stato le dette sue Sorelle, mandarono esse a chiamare detti Religiosi suoi Confessori*.

436 Hoc autem posito Divino præcepto, temere profecto in ejusmodi Divini consilii causam inquireretur. Ceterum hanc eam fuisse patet, quod, quum Dei Ancilla divinitus de hoc Dono præmonita, illud iisdem suis aperuisset Confessariis, hi tanti Doni magnitudine, ac raritate commoti, de ejus veritate maxime dubitabant. Ne autem quoquo pacto illud possent in dubium revocare, voluit Deus, ut spectatores interessent.

437 Rem sic narrat M. Antonia a Præsentatione Testis V. Proc. Ordin. *Summ. pag.* 31. §. 70., & Proc. fol. 327. ter. = *la detta Serva di Dio gli disse, che quell'anima, di cui parlava, erasi trovata afflitta a motivo del poco credito, che gli avevano dato li suoi Confessori, ai quali aveva essa riferito quel, che gl'era seguito con Nostro Signore in un tal proposito, e che per questo motivo aveva ordinato Nostro Signore alla detta Anima, che avvisasse li suoi Confessori, acciò quando fossero chiamati intervenissero, e fossero Testimonj di questa Grazia, che Nostro Signore gli voleva fare, e deponessero tutto il dubbio, che avuto avevano in quel caso, e che quando la detta Anima li aveva avvisati, erano, come si è detto increduli, ma quando furono chiamati ad esser Testimonj, si erano molto mutati, prestandogli intieramente credito, e successivamente lo confermarono con la esperienza, e viddero co' proprj loro occhi*.

Quum

438 Quum autem iidem Confessarii, quos præclarissimi hujus Doni conscios esse oportebat, illud credituri non fuissent, voluit eos Deus & ante Factum præmonitos, & ipsius Facti spectatores; ita ut quiddam simile usurpare possimus, quod inquit S. Chrysostomus *in homilia de Beato Abraham Oper. Tom.2. pag.746.* = *quando vult Deus rem dispensare, quæ incredibilis hominibus videatur, præmittit figuram, & umbram, ut ne veritas de repente veniens, in incredulitatem ipsos conjiciat*, & col. 447. = *Vides, quomodo umbra præcesserit, ut ne veritati fides negaretur? &c. Vides, ut dixi, Deum, cum vult opus quoddam mirabile perpetrare, figuras, & umbras præmittere, ut sic procedens veritas facile accipiatur?*

439 Extremum habens aliquid copiosa Animadversionum oratio hac tandem objectione terminatur, quod sanguis *e lateris vulnere* erumpens, *putridus* erat, ac *saniosus*, ex Summar. pag.28. §.55. = *in riguardo a questi dolori, e per mitigare quelli del costato, che tanto lo tormentavano, esperimentava sollievo, e refrigerio coll'adoprare alcuni panni inzuppati nell'acqua del pozzo, li quali si toglieva essa talmente secchi, ed aridi, che sembravano posti al fuoco, ed alcune volte se li cavava rossi, e vermigli, ed altre volte poi molto abrustoliti, e come insuppati di SANGUE CORROTTO, E MARCIOSO, e sebbene la detta Serva di Dio procurasse occultare questi effetti, talvolta gli cadevano detti panni per inavvertenza, e li vedevano questa Dichiarante, ed altre Religiose di questo Convento*; quod quidem *præclarissimi, ac rarissimi Facti veritatem suspectam facit*.

440 Sanguinem vero e lateris vulnere erumpere consuevisse rubrum, eleganterque coccineum, testatur in primis Germana Dei Ancillæ Proc. fol.76. = *Alcune volte cavava dal costato il panno MOLTO VERMIGLIO*, & in Exposit. Virtut. pag. 60. init. = *lo estraeva* (linteolum) *DI COLOR VERMIGLIO, come se lo avessero inzuppato nel sangue*; cui consentiunt tum ipsamet Testis, quam Animadversiones citant = *alcune volte se li cavava ROSSI, E VERMIGLI*, tum Testis V. in dicta Exposit. pag.67. = *cavò fuori il panno &c. dalla parte del costato &c. di un colore quasi vermiglio*.

441 Quod vero quandoque = *se li cavava* (linteola) *molto abrustoliti, e come inzuppati di sangue corrotto, e marcioso*, id profecto Physiologicarum rerum vel leviter erudito mirum esse non debet, qui vehemens illud perpendat ardorem, quo Dei Ancillæ latus ita æstuabat, ut fere comburi videretur, applicataque ad illud lintea, tametsi aqua madefacta, tamquam igni admota, arefierent, ut late *in dicta Exposit. pag. 59. & seqq.* Sanguis enim licèt bonus erumpat, & ruber, si non statim abstergitur, sed aliquantisper in loco calido hæret, sua sponte, ex insita ad putredinem dispositione, putrescit, sæpeque ex rubro colore in flavedinem, quæ saniem æmulatur, pertransit, ut discimus ab Hallerio *Physiolog. Tom. 2. lib. V. Sect. I. § VII., & Sect. II. § VII., & Tom. 8. in Addit. ad cit. lib.5. pag.135.*; Quesnay *in ejus Memoire sur la depravation des humeurs pag.133.* = Hoffmann. *in Observat. Physico-Chymicis lib. 2. observat. 21. §. Deinde*; Præsertim quum de Virginis ageretur nimia cibi parcitate, assiduisque jejuniis, brevissimo somno, dirisque afflictationibus attenuato corpore, cujus sanguis multo facilius putredinem concipit, Hoffmann. *Tom.1. pag.206. §. 28. in Schol.*, Haller. *Physiolog. cit. lib. 5. Sect.2. §. VII.*, & Wepfer *de Apoplex. pag.365.*

442 Quum autem isthæc putredo sanguinis ejus esset spontaneus, & naturalis effe-

effectus calorem partis, aeris accessum, moramque, necessario consecutus, nihil inde ad sacri Vulneris veritatem infirmandam inferri potest; non enim idem Vulnus, quamquam supernaturale, impedire necessario debebat naturales sanguinis ex eo manantis effectus, qui non aliás impediri poterant, nisi, *aut* propria ejus a calore sublata, ipso calore, ipsaque causa effectrice permanente, operatione, *aut* sanguinis substantia, ac natura, ex iis, quibus constabat in putredinem ver gentibus partibus, in aliam penitus diversam substantiam, naturamque commutata; quorum alterutrum sine alio peculiari Miraculo fieri haudquaquam poterat.

443 Equidem, Patres ornatissimi, munera, quæ Deus Servis suis largitur, etsi ab ipso naturæ auctore proficiscuntur, corporis nostri immutare non solent naturam, naturalesque effectus præpedire, qui naturæ quidem infirmitatem significant, Divinum autem opus non excludunt; ut bene in simili habetur apud Danielem *cap.8. vers.27.*, ubi quod post Visionem = *Et ego Daniel* (ait) *langui, & ægrotavi per dies*, & cap.10. vers.8., ubi pariter post Angeli Visionem = *Et non remansit* (inquit) *in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quidquam virium*, & vers.16. = *In visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium, sed & halitus meus intercluditur*, Card. Bona *de Discret. Spirit. cap.8. §.II. n.* 10. = *Quando ægritudo aliqua, aut lassitudo provenit ex his, quæ homo instinctu Divino operatur, non gratiæ effectus est, sed naturæ debilitas; NEQUE IDEO PUTANDUM EST, MOTIONEM ILLAM NON ESSE A SPIRITU SANCTO*; Pignatelli *Tom.8. Consult.*151. *n.*91., ubi quod in Ecstasi mystica = *generantur in corpore languor, debilitas, mæror, & macies, impotentia usus, ac motus membrorum*, & S. Gregorius *lib.3. Dialog. cap.* 24., ubi de Theodoro, cui S.Petrus apparuit, sic habet = *tantus in eum pavor irruit, ut tota in illo corporis virtus deficeret, & per dies multos de stratu suo surgere non valeret.*

444 Causa jam a nobis ita perorata, ut eorum, quæ objiciebantur, reliquum sit nihil, quod non penitus refutaverimus, hic non ipsi vos amplissimos PP. ad heroicarum Dei Ancillæ virtutum approbationem oratione hac nostra erigendos, atque excitandos suscipiemus, ad quam ipsa per sese præclara ejus merita vestros animos excitare, atque inflammare debent, ut neque nostra, quæ nulla est, neque Oratoris ullius voce, atque eloquentia indigeatis.

Quare &c.

Hieronymus Colmeta Advocatus.
Josephus Nicolaus Placidi.

REVISA

Aloysius Gardellini Sub-Promotor Fidei.

PAPELES

VARIOS